BIBLIOTECA [NAZ]IONALE VITT. EMANUELE
12
34 B
14
17

[illegible] 2 [illegible] di [illegible]
[illegible] nuova [illegible]
[illegible] di [illegible]

cappuccino

14-19. 2. 7

12-34-B-14

DICTA NOTABILIA, ET IN THEſaurum memoriæ reponenda, Platonis, Ariſtotelis, Cōmentatoris, Porphirij, Gilberti poretani, Boetij, Seneſce, Apuleij, de recenti impreſſa, cunctiſq; mendis expurgata.

QVIBVS ADDITA SVNT ſtupenda Ariſtotelis Problemata, philoſophis ac medicis multum utilia. Cæterum, ſi candide lector, altius rem ſcire uolueris, indicem a tergo huius paginæ facile uidere poteris.

Venetijs. M D XXXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TABVLA OPERIS.

LIBRI, A QVIBVS DELECTA SVNT octo ſapientum dicta / ſunt numero quadraginta duo uidelicet.

Liber poetrie Ariſtotelis.
Commentator in eodem.
Liber Rhetoricorum Ariſto.
Liber uniuerſalium Ariſto.
Liber predicamentorũ Ariſt.
Liber ſex principiorum Gil.
Liber peryermenias Ariſt.
Liber topicorum.
Liber elencorum. c.9
Liber priorum. c.10
Liber poſteriorum. c 10
Liber diuiſionũ Boetij. c.12
Liber phyſicorum. c.13
Commentator in eodem.
Liber de celo & mundo. c.19
Commentator in eodem.
Liber de generatione & corruptione. c.21
Commentator in eodem.
Liber metheororum. c.22
Cõmentator in eodem.
Liber de anima. c.23
Cõmentator in eodem.
Liber de ſenſu & ſenſato. c.28
Cõmentator in eodem.
Liber de memoria & reminiſcentia. c.28
Cõmentator in eodem.
Liber de ſõno & uigilia. c.29
Cõmentator in eodem.
Liber de cauſa longitudinis & breuitatis uite, c.30
Cõmentator in eodem.
Liber de iuuentute & ſeneſtute. c.30.
Liber de reſpiratione & aſpiratione. c.31
Liber de morte & uita. c.31
Liber de bona fortuna. c.31
Liber de cauſis c.31
Liber de pomo & morte. c.32
Epiſtole Ariſtotelis ad Alexandrum. c.32
Liber de motibus aĩaliũ. c.32
Liber de animalibus. c.32
Liber metaphiſice. c.35
Cõmentator in eodem.
Commentator de ſubſtantia orbis. c.45
Liber ethicorum. c.45
Cõmentator in eodem.
Liber politicorum. c.49
Liber economicoꝝ. c.52
Liber thimei platonis. c.52
Liber epiſtolarum Senece ad lucillum. c.53
Liber ſenece de moribꝰ. c.54
Liber ſenece de formula uite. c.55
Liber ſenece de benefi. c.55
Liber Apulei de deo ſocratis. c.56
Liber Boetij de conſola. c.57
¶ Problemata Ariſtotelis philoſophis ac medicis utilia. c.60

INCIPIT LIBER POETRIE ARISTOTELIS.

Primi Libri.

ARs poetica eſt ars logicalis.
Animus uirtuoſus & nobilis adinuenit artem carminum ad laudandum, uitioſe uero ad uituperandum.
Bonitas artis laudande conſiſtit in merito prolixo & non in curto.
Compoſitor meritorū in naturalibus potius denominandus eſt auctor ſermocinalis quam poeta.
Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem ſecūdum operationes quas habet doctor ad diſcipulum.
Exemplis utimur in dicendo ut facilius intelligatur illud quod dicitur.
Homo naturaliter delectatur in ſimphonia & metro.
Omnis oratio poetica uel eſt laudatio uel uituperatio.

Secundi Libri.

Ira eſt triſtitia & perturbatio quedam in uehementi appetitu uindicte.
In infirmo eſt continua triſtitia, & meror inconſolabilis.
Locus optimus in bello eſt medius/quia fortes tenent locū medium inter audaces & timidos.
Omnis ſermo ſi breuior fuerit quā oporteat, obſcurat intellectum ſi longior difficilis erit retentioni. & diſcipulo obliuionem inducit.
Oportet ut ars in hoc naturam imitetur ut omnia que agit agat propter finem
Rebus non exiſtentibus in natura non imponuntur nomina niſi raro
Res quarū natura eſt ut caſu accidant mirabiles exiſtunt.
Totum & cōpletū eſt quod habet principiū, mediū & finē.

Cōmentatoris.

Ars in inferno continua triſtitia & meror inconſolabilis.
In quolibet genere eſt aliquod bonum, licet in eo inueniantur aliqua non bona.
Littera eſt ſimplicium eoꝝ que locutionem conſtituunt.
Nullus intantum leditur & contriſtatur propter malū illatū ab inimicis quantum triſtatur malo illato ab amicis.

Propter conſuetudines malas & peruerſas nullus laudatur.

Quod non credit quis non mouet eum ad timendum uel ſperandum.

Qui beneficia inuenit, compedes inuenit.

Res non eſt ſtabilis que cū fluxu huius tēporis eſt fluxibilis.

Suaue eſt homini quod conſueuit tota uita ſua.

LIBRI TRES RHETORICORVM ARIST.

Primi libri.

Amor & odium & proprium commodum faciunt ſepe iudicem non cognoſcere uerum.

A ſimilibus ſimilia nata ſunt fieri.

A diſcere aliquid delectabile eſt.

Bonum eſt cuius contrarium eſt malum.

Conſilium non eſt de fine. ſed de his que ſunt ad finem.

De neceſſarijs & impoſſibilibus non conſiliamur ſed de contingentibus.

Diligere delectabile eſt quia nullus amat unum qui non delectatur in eo.

Exercitium ut in pluribus conſeruat ſanitatem.

Facilius eſt habere unum uel paucos ſapientes quā multos.

Facilia ſunt quecūq; ſine triſtitia & in modico tempore fiūt.

Honor eſt bene facti ac operationis ſignū, & non ſolū honorantur illi qui beneficia preſtiterunt ſed & qui dare poſſunt.

Iuſtum eſt facere gratiam ei qui gratiam facit.

Iuſtum eſt auxiliari amicis.

Laus eſt ſermo elucidans magnitudinem uirtutum.

Multi ſine uirtutibus corporis longeui inueniuntur.

Multa que naturaliter non ſunt delectabilia cum aſſuefacta fuerint delectabilia fiunt.

Nulla ars conſiderat particulare/quia ea ſunt infinita & non ſcibilia.

Nobilitas gentis & ciuitatis eſt ſui iuris antiquos eſſe & preſides primo inſignes & multos inſignos ex iſtis prodijſſe.

Omnia bonum appetunt.

Omne conſuetum eſt delectabile.

Pulchrius eſt eſſe amatorem ſociorum quam pecunie.

Quod conſuetum eſt uelut innatum eſt.

Rhetorica eſt aſſecutiua dyalectice.
Rhetorica docet uera & iuſta perſuadere, & horum contraria fugere.
Si eſt turpe non poſſe defendere ſe corpore / turpius eſt non poſſe defendere ſe ſermone.
Si per plura dictum fuerit magis planum erit quod dicitur.
Sine cauſa impoſſibile eſt aliquid eſſe uel fieri.

¶ Secundi Libri.

Ad omnem iram ſequitur delectatio propter ſpem puniendi.
Amare eſt alicui uelle bona, gratia ipſius.
Amicus eſt qui amat & econuerſo amatur.
Amicus gaudet bonis, & condolet triſtibus amici ſui.
Aliena tanquam propria narrare iactantia eſt.
Ira eſt factiua inimicitie & odij.
Impie agunt qui dicunt deos fieri & mori.
Ira eſt appetitus punitionis propter apparentem paruipenſionem ſui uel ſuorum.
Laudare preſentem adulatoris eſt.
Manſuetudo eſt quietatio ire.
Manifeſta negare irreuerentia eſt.
Multi ſunt qui indigent habentibus.
Nullus ſeipſum paruipendit.
Nobilitas eſt progenitorum.
Nihil eſt ſine cauſa.
Obliuio ſignum eſt paruipenſionis & ideo factiua eſt ire.
Omne erubeſcibile eſt.
Omnis fur malignus eſt.
Peiores ſunt nuper ditati quam ditati ab antiquo.
Si quis in philoſophia honoratꝰ, iraſcitur ei qui deſpicit eã.
Seruos negantes & contradicentes magis flagellamus.
Signum uoluntatis ſunt delectationes & triſtitie.
Separari ab amicis & conſuetis mirabile eſt.
Tempus quietat iram.
Turpe eſt ignorare quod omnibus ſcire conuenit.
Vbi preſes fuerit philoſophus ibi ciuitas eſt felix.

¶ Tertij libri.

Contraria iuſta ſe poſita magis eluceſcunt.
De futuris non eſt determinatio ſed de factis.

Honeſtas & turpitudo nominis uel eſt in ſignato uel ſigno.
Infinitum non eſt ſcibile.
Intellectus eſt lumen quod deus infundit animæ.
Omnia terminantur numero.
Omne transferétẽ oportet trãsferre a ſimilibus & manifeſtis
Oportet dare uiã animæ auditoris, quæ fit per prohemium.
Prohemium eſt principium orationis.
Prohemiũ ſe habet in oratione ſicut preludium in fiſtulis.
Prohemiũ auditores debet facere dociles atẽtos & beniuolos
Quod mirabile eſt delectabile eſt,
Qui ſpoliãt mortuos aſſimilãtur canibus q mordẽt lapides.
Quod breuius eſt ſemper eſt delectabilius.

LIBER VNIVERSALIVM PORPHIRII.

Scire quid ſit unumquodq; quinq; uniuerſalium eſt utile ad ſcientiam decem prædicamentorum.

¶ Capituli de Genere.

Genus & ſpecies non dicuntur ſolum uno modo.
Genus eſt quod predicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid.
Patria eſt principium rei quemadmodũ & pater.
Socrates de uno ſolo predicatur.

¶ Capituli de Specie.

Diuiſio generis ſemper eſt in plures ſpecies.
Generaliſſimum eſt ſupra quod non eſt aliud genus.
Generaliſſima ſunt decem.
Indiuidua ſunt infinita.
Infinita ſecundum Platonem relinquenda ſunt ab arte nec horum fieri poteſt diſciplina.
Indiuiduum quibuſdam proprietatibus conſtat, quarũ collectio in alio inueniri eſt impoſſibile.
Neceſſe eſt in rationibus generis & ſpeciei utriſq;.
Participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo.
Principia prima ſunt decem.
Quod predicatur de alio uel eſt ſibi equale uel ſibi ſuperius.
Species eſt quæ predicatur de pluribus differentibus numero ſolum in eo quod quid.
Specialiſſimum eſt poſt quod non eſt alia inferior ſpecies.

Si quis omnia uocet entia equiuoce ea nuncupabit.

Specialiſſima ſunt in numero quodā non tamen definito.

¶Capituli de Differentia.

Animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis.

Differentia eſt quod predicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale.

Eſſe uniuſcuiuſq; eſt unum & idem nec intenſionē nec remiſſionem ſuſcipiens eſt.

Genus non predicatur ſecundū magis & minus de eis quorum eſt genus.

Genus continet poteſtate oēs differētias, actu uero nullam.

Genus eſt tanq̄ materia, differentia uero tanq̄ forma.

Rationales ſumus nos & dij, ſed mortale additum ſeparat nos ab illis.

¶Capituli de Proprio.

Proprium eſt quod ineſt omni ſoli & ſemper.

¶Capituli de Accidente.

Accidens eſt quod adeſt & abeſt preter ſubiecti corruptionē.

¶Capituli de Cōmunitatibus.

Ablatis oībus differentijs non propter hoc aufertur genus.

Cōmune eſt oībus quinq; uniuerſalibus p̄dicari de pluribꝰ.

Genus conſimile eſt materie, differentia uero forme.

Illa differunt quorum diffinitiones differunt.

Perēpto genere uel differētia ꝑimūtur ea que ſunt ſub ipſis.

¶Finis uniuerſalium.

LIBER PREDICAMENTORVM.

¶Capituli Primi.

Denominatiua dicuntur quecunq; ab aliquo ſolo caſu differentia ſecundū nomen habent eandem appellationē.

Equiuoca dicuntur quorum ſolū nomen cōmune eſt ratio uero ſubſtantie diuerſa eſt.

Vniuoca dicuntur quorum nomen cōmune eſt, & ratio ſubſtantie eadem.

¶Capituli ſecundi.

Eſſe in ſubiecto eſt eſſe in alio non ſicut pars in ſuo toto ſed impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt.

Omnis color eſt in corpore.

¶ Capituli tertij.

Quando alterū de altero predicatur ut de ſubiecto quicquid predicatur de predicato, predicatur & de ſubiecto.

¶ Capituli Quarti.

Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſe ſunt ſpecies & differentie.

¶ Capituli Quinti.

Incomplexa non ſunt uera neq; falſa.

Omnis affirmatio eſt uera uel falſa.

¶ Capituli de Subſtantia.

A principali ſubſtantia nulla fit predicatio.

Album nihil aliud ſignificat quam qualitatem.

Ab eo ꝙ res eſt uel non eſt oratio dicitur uera uel falſa.

Commune eſt omni ſubſtantie in ſubiecto non eſſe.

Deſtructis primis ſubſtantijs impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere.

Maxime propriū ſubſtantie eſt eſſe ſuſceptiuū contrariorū.

Omnis ſubſtantia uidetur hoc aliquid ſignificare.

Prima ſubſtantia eſt que proprie principaliter, & maxime ſubſtat.

Subſtantie nihil eſt contrarium.

Subſtantia non ſuſcipit magis & minus.

¶ Capituli de Quantitate.

Album eſt tantum quanta eſt eius ſuperficies.

Proprium eſt quantitatis equale & inequale dici.

Quod dictum eſt non poteſt amplius ſummi.

Quantitati nihil eſt contrarium.

Quantitas non ſuſcipit magis & minus

¶ Capituli de Relatione.

Aliquando eſt neceſſe nomina fingere, ſi non erit nomen impoſitum.

In relatione eſt contrarietas, non tamen in omni.

Multa ſunt animalia capita non habentia.

Non omnia relatiua ſuſcipiūt magis & minus, ſed bñ aliqua.

Omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam.

Quicunq; nouit diffinite unum relatiuorum/diffinite nouit & reliquum.

Relatiua ſunt ſimul natura/ſed non omnia.

Relatiui eſſe eſt ad aliud ſe habere.

Scibile aliquod eſt/cuius tamen ſcientia non eſt.
Scibile eſt prius q̄ ſcientia & ſenſibile q̄ ſenſus.

¶Capituli de Qualitate.

Diſpoſitio eſt qualitas de facili mobilis a ſuo ſubiecto.
Habitus eſt qualitas de difficili mobilis a ſuo ſubiecto.
Qualitati ineſt contrarium ſed non omni.
Qualitas ſuſcipit magis & minus.
Scientia eſt permanentium & difficile mobilium.

¶Capituli de Oppoſitis.

A priuatione ad habitum impoſſibilis eſt regreſſus.
Bonum & malū non ſunt in genere, ſed ſunt genera aliorū.
Contrariorum immediatorum neceſſe eſt unum ineſſe ſem per ſuſceptibili, mediatorum uero non.
Habitus & priuatio habent fieri circa idem.
Non eſt poſſibile ignem fieri frigidum, & niuem nigram.
Oppoſitio eſt quadruplex, contraria contradictoria, priuatiua & relatiua.
Priuari dicimus unumquodq; quando id quod natum eſt habere nullo modo habet.
Priuari & habitum habere, non eſt habitus & priuatio.

¶Capituli de Priori.

Prius dicitur quadrupliciter / ſecundum tempus a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia ſecundum ordinem & ſecundum honorem.

¶Capituli de Simul.

Simul dicitur tripliciter/ſimul tempore, natura, & que ex oppoſito diuidunt idem genus.

¶Capituli de Motu.

Alteratio eſt mutatio ſecundum qualitatem.
Quies eſt motui contraria ſimpliciter.
Species motus ſunt ſex, generatio, corruptio/augmentum, diminutio, & ſecundum locum mutatio.

¶Finis libri Predicamentorum.

LIBRI SEX PRINCIPIORVM.

¶Prologi.

Creator naturam numero ſtabiliuit.
Forma eſt compoſitioni contingens ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens.

Forma ſe iungitur a natura compoſitionis.
Figura inciſionis eſt a natura.
Natura occulte operatur in uniuerſalibus.
Omnis cōmunitas naturalis a ſingularitate procedit.
Omne compoſitū aduenięs compoſito facit maius.
Subſtantiale eſt quod ex quadā compoſitione, confert eſſe, & impoſſibile eſt de eſſe rei.

ℂ Capituli de Actione.

Actio eſt ſecūdū quā in id quod ſubijcitur agere dicimur.
Actio corporis mouet id in quo eſt, actio uero aīe non.
Anima dum agit immobilis permanet.
Agere & pati recipiunt contrarietates & magis & minus.
Impoſſibile eſt non corpus in corpore moueri.
Locus eſt corpus/anima uero non.
Naturalis proprietas actionis eſt ex ſe paſſionē / in id quod ſubijcitur inferre.
Omnis actio in motu eſt/& oīs motus in actione firmatur.

ℂ Capituli de Paſſione.

Paſſio eſt effectus illatioq; actionis.
Paſſio eſt prima generatio actionis.
Paſſio eſt in paſſo.

ℂ Capituli de Quando.

Anima coniuncta corpori inſequitur cōplexionis corporis.
Quādo eſt quod ex adiacentia tēporis relinqtur in rē tpali.
Quando nihil eſt contrarium.

ℂ Capituli de Vbi.

Anima nullum locum occupat.
Duo corpora non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, nec unum in diuerſis locis.
In loco eſt quicquid a loco circunſcribitur.
Locus non eſt ſine corpore, nec corpus ſine loco.
Vbi eſt circūſcriptio a loci circūſcriptione procedens.
Vltima ſphera non eſt in loco.

ℂ Capituli de Poſitione.

Contraria habent fieri circa idem.
Poſitio eſt ſitus partium & generationis ordinatio.
Poſitioni nihil eſt contrarium.
Poſitio non ſuſcipit magis & minus.
Proprium eſt poſitioni aſſiſtere ſubſtantie.

Sedere ſolum competit rationalibus.

¶Capituli de Habitu.

Habitus eſt corpo҇ꝝ & eoꝝ que circa corpus ſunt adiacentia.
Habitus ſuſcipit magis & minus.
Habitui nihil eſt contrarium.
Proprium habitus eſt eſſe in pluribus.

¶Finis libri ſex Principiorum.

LIBRI DVO PERYERMENIAS.

¶Capituli primi Peryermenias.

Circa compoſitionem conſiſtit ueritas uel falſitas.
Ea que ſunt in uoce ſunt note eaꝝ paſſionū que ſunt in aīa.
Littere & uoces non ſunt eedem apud omnes, anime uero paſſiones & res ſunt eedem.
Scripta ſunt note eorum que proferuntur.

¶Capituli ſecundi Peryermenias.

Catonis uel catoni non ſunt nomina, ſed caſus nominum & ſic de ſimilibus.
In nomine compoſito pars nihil per ſe ſignificat.
Nomen eſt uox ſignificatiua ad placitum ſine tempore cuius nulla pars ſignificat ſeparata.
Non homo nō eſt nomen neq͂ negatio, ſed eſt nomē infinitū.
Nomen naturaliter nihil eſt, ſed quando fit nota.

¶Capituli tertij Peryermenias.

Curret & currebat non ſunt uerba ſed caſus uerbi.
Hoc uerbum eſt ſignificat quandam compoſitionem quam ſine extremis non eſt intelligere.
Non currit non eſt uerbum/ſed eſt uerbum infinitum.
Verbum eſt quod conſignificat tempus/cuius pars nihil ſeorſum ſignificat & eſt ſemper eorum que de altero predicantur nota

¶Capituli quarti Peryermenias.

Animal greſſibile bipes, eſt unum & non multa.
Affirmatio eſt enunciatio alicuius de aliquo.
Non omnis oratio eſt enunciatiua, ſed illa in qua eſt uerum uel falſum.
Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo.
Oratio eſt uox ſignificatiua, cuius partes aliquid ſignificat ſeparatim.

Oratio eſt ſignificatiua non ſicut inſtrm/ſed ad placitum.
Oratio una eſt que ſignificat unum de uno/uel coniunctiōe.
Oratio plures eſt que ſignificat plura & non unum uel in coniuncte.
Omnē enunciatiuā neceſſe eſt eſſe ex uerbo uel caſu uerbi.

¶Capituli quinti Peryermenias.

Affirmatio eſt oppoſita omni negationi.
Hoc ſignum omne non eſt uniuerſale, ſed ſignificat uniuerſaliter.
Nulla affirmatio erit uera in qua predicabitur uniuerſale uniuerſaliter ſumptum.
Negatio eſt oppoſita omni affirmationi.
Non eſt idem dicere homo non eſt albus, & nemo eſt albus.
Omne affirmatum contingit negari.
Omne negatum contingit affirmari.
Quod fit non eſt.
Rerum alie ſunt uniuerſales/alie particulares.
Singulare eſt quod non eſt natum eſſe in pluribus.
Vniuerſale eſt quod eſt natum eſſe in pluribus.
Vni affirmationi una negatio eſt oppoſita.

¶Capituli ſexti Peryermenias.

Non omnia eueniunt ex neceſſitate, ſed multa fiunt a caſu & ad utrumlibet.
Omne quod eſt dum eſt neceſſe eſt eſſe.
Propter noſtrum affirmare uel negare nihil in re ſequitur.

¶Libri Secundi Peryermenias.

¶Capituli Primi Peryermenias.

Hic terminus omne non ſignificat uniuerſale, ſed quoniam uniuerſaliter.
Neceſſe eſt aliquem hominem eſſe.
Preter uerbum nulla eſt affirmatio uel negatio.
Verba & nomina tranſpoſita idem ſignificant.

¶Capituli ſecundi Peryermenias.

Impoſſibile eſt duo contradictoria uerificari de eodē.
Idem poſſibile eſt eſſe & non eſſe.
Non differt dicere hominem ambulare, & hominem ambulantem eſſe.
Omnis interrogatio dyalectica petit unam reſponſionem.

¶Finis Libri Peryermenias.

INCIPIT LIBER TOPICORVM.

¶Libri primi Topicorum.

Accidens eſt quo contingit eidē ineſſe & nō ineſſe. cap.iiij.
Contrarium eadem eſt diſciplina. cap xi.
Dyalectica eſt utilis ad tria ad exercitationem ad obuiatio nem/ & ad diſciplinas philoſophicas. cap.ij.
Dyalectica ad omnium methodorum principia uiam habet. cap.ij.
Genus eſt quod predicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid. cap.iiij.
Inductio eſt progreſſio a ſingularibus ad uniuerſalia. cap.x.
Illud ponit aliquis quod a uiro probabili dictū eſt. cap.xi.
Meliſſus ponit unum ens tantum. cap.ix.
Non omne quod uidetur probabile eſt probabile. cap.j.
Non oportet omne problema aut omnē poſitionem conſiderare/ſed quando dubitabit aliquid rationi indigētium & non pene ſenſitiue. cap.ix.
Omnis aqua omni aque eſt eadem ſpecie. cap.v.
Prima & uera ſunt que per ſeipſa & non per alia fidem prebent. cap.j.
Probabilia ſunt que uidentur omnibus aut pluribus aut ſapientibus. & his uel omnibus uel pluribus uel maxime notis & precipuis. cap.j.
Proprium eſt quod non indicat quid eſt eſſe rei. ſoli autem ineſt & cōuerſim predicatur. cap.iiij.
Quolibet contrariā opinionibus ſapientis proferentē ſollicitum eſſe, ſtultum eſt. cap.ix.
Qui dubitant utrum oporteat deos uereri & parentes honorare uel non indigent pena. cap.ix.
Qui dubitat utrum nix ſit alba indiget ſenſu. cap.ix.
Quot modis dicitur unum oppoſitorum tot modis dicitur & reliquum. cap.xij.
Rhetor non ſemper perſuadet nec medicus ſemper ſanat. cap xxij.
Syllogiſmus dyalecticus eſt qui ex probabilibus eſt ſyllogizatus. cap.j.
Syllogiſmus litigioſus eſt qui ex his que uidentur probabilia & non ſunt eſt ſyllogizatus. cap.j.

Tres ſunt ſpecies propoſitionum, ethice, phiſice / & logi-
ce. cap. xj.
Vnumquodq; primorum principiorum / eſt ſibiipſi fi-
des. cap. j.

ℂ Secundi Topicorum.

Animalia ſemper nutriuntur / non tamen ſemper augen-
tur. cap. xiij.
Dulce per ſe deſideratur / uinũ autẽ per accidens. cap. viij.
Homines ut in pluribus ſunt mali, in paucioribus autem
boni. cap. xviij,
Iniuſtitiam facere non ineſt deo, quia iniuſtitiam facere
idem eſt ꝙ ſponte nocere, deo autem non contingit no-
cere. cap. v.
Inuidus eſt qui triſtatur de proſperitate bonoꝝ. cap. v.
Impoſſibile eſt contraria eidem ſimul ineſſe. cap xxj.
Idem eſt ſuſceptibile contrariorum. cap. xxj.
Motis nobis mouentur omnia que ſunt in nobis. cap xxj.
Nullum genus predicatur denominatiue de ſuis ſpecie
bus. cap. iij.
Plura ſcire contingit ſed non intelligere. cap. xxvj.
Quod iuſte fit ſcienter fit, quod uero iniuſte ignoran-
ter. cap. xxiij.
Quecunq; inſunt ſpecie inſunt etiam generi. cap. ix.
Quorum generationes ſunt bone ipſa ſunt bona / & quo-
rum ſunt male ſunt mala, quorum uero corruptiones
ſunt bone ipſa ſunt mala / quorum ſunt male ipſa ſunt
bona cap xxiiij.
Reprehenſor eſt qui triſtatur de proſperitate maloꝝ. cap. v.
Scientia eſt preſentium & futurorum, reminiſci autem pre-
teritorum. cap. xiij.
Si de quo magis uidetur ineſſe & non ineſt, nec de quo
minus, & ſi de minus uidetur ineſſe & ineſt, & de quo
magis. cap. xxvij.
Simpliciter dico ꝙ nullo addito dico. cap. xxx.

ℂ Tertij Topicorum.

Amicitia melior eſt diuitijs. cap. ij.
Cuius finis eſt melior ipſum quoq; eſt melius. cap. ij.
Decor eſt quedam cõmenſuratio membroꝝ. cap. ij.

Finis magis eſt eligendus ꝙ ea que ſunt ad finem. cap.ij.
Illud eſt albius quod nigro eſt impermixtius. cap.ix.
Magis eligenda eſt beatitudo ꝙ prudentia. cap.ij.
Melius eſt bene uiuere ꝙ uiuere. cap iiij.
Melius eſt non indigenti neceſſariis philoſophari ꝙ ditari. cap.iiij.
Nullus honorat diuitias propter ſe,ſed propter aliud,amicitiam uero ſic. cap ij.
Omnia bonum appetunt. cap.j.
Obliuiſci eorum que quis ſede egit bonorum eſt, reminiſci uero malorum. cap.x.
Quod propter ſe eſt eligibile magis eſt eligendum / ꝙ quod propter aliud. cap.j.
Robur exiſtit in neruis & oſſibus. cap.ij.
Studere negamus ut ingenioſi eſſe uideamur. cap.v.
Tale additum tali facit ipſum magis tale. cap.ix.

¶Quarti Topicorum.

De quibus ſpecies predicatur oportet & genus predicari. cap.j.
Differentia nunquam participat genus,ſed bene ſpecies & indiuiduum. cap.iij.
Donum eſt datio irredibilis. cap.ix.
Genus ſemper de pluribus predicatur ꝙ ſpecies. cap.j.
Impoſſibile eſt aliquid participare genus quod non participat aliqua ſuarum ſpecierum. cap.j.
Omnis memoria eſt in anima. cap.ix.
Pars nullo modo predicatur de ſuo toto. cap.xi.
Praui dicuntur omnes ſecundum appetitum. cap.xi.
Quando una ſpecies ſub duobus generibus continetur alterum ſub altero contineri oportet.

¶Quinti Topicorum.

Conturbat audientem quod frequenter dicitur. cap.iiij.
Gratia diſcendi propriū facimus & diffinitiones. cap.ij.
Hijſdem inquantum eadem.eadem inſunt uel non inſunt. cap.xij.
Ignotum eſt ſi occiderit ſol ſi adhuc ſit ſuper terram,eo ꝙ tunc ſenſum amiſſimus. cap.ix.
Impoſſibile eſt idem eſſe proprium plurium. cap.xx.
Obſcurum eſt quod multipliciter dicitur. cap.iij.

Omne ſenſibile extra ſenſum factum incertũ eſt. cap.ix.
Quod per ſuper habundantiam dicitur uni ſoli conuenit. cap.xv.
Scire & ſentire dupliciter dicuntur habere, & uti cap.iij.
Tres ſunt ſpecies ignis, lux, flamma, & carbo. cap.xv.

¶ Sexti Topicorum.

Ductio & cõmenſuratio ſunt equiuoca. cap.ij.
Diffinitio debet dari per notiora & priora. cap.iiij.
Dies eſt latio ſolis ſuper terram. cap.v.
Differentia prior eſt ſpecie & poſterior genere cap.viij.
Eorum que in diffinitione ponuntur genus maxime uidetur ſignificare ſubſtantiam diffiniti. cap.j.
Facilius eſt quẽlibet feciſſe/q̃ bene feciſſe. cap.ij.
Flegma eſt humidũ primum a cibo indigeſtum. cap.iij.
Finis in unoquoq; eſt optimũ & gr̃a, cuius alia fiũt. cap.xiiij.
Genus non predicatur per ſe de differentia. cap.viij.
Imago eſt cuius generatio eſt per ſimilitudinem. cap.ij.
Illud eſt ſuperfluum in diffinitione quo oblato illud quod re manet manifeſtat diffinitum. cap.iij.
Impoſſibile eſt unũ oppoſitorũ cognoſci ſine alio. cap.v.
In diffinitione debet poni genus proximũ aut omnes differentie determinantes genus propinquum. cap.vi.
In aliquibus agere magis faciet finem q̃ egiſſe. cap.xiiij.
Impoſſibile eſt incorporeum corpore miſceri. cap.xx.
Magis amans non magis concupiſcit coitum. cap.xij.
Non ſolum qui clam ſummit/ſed etiam qui palam ſumme re uult latro eſt. cap.xx.
Oportet diffinientẽ planiſſima interpretatione uti. cap.ij.
Omne inconſuetum eſt obſcurum. cap.ij.
Omne transferens ſecundum aliquam ſimilitudinem tranſfert. cap.ij.
Omnis bona diffinitio debet conſtare ex genere & duabus differentijs. cap.iiij.
Oppoſita ſunt ſimul natura. cap.v.
Omnis differẽtia ſpecifica cũ genere facit ſpeciem. cap.vij.
Omnis paſſio magis facta abicit a ſubſtantia, differentia uero ſaluat id cuius eſt differentia. cap.ix.
Omnes honorem appetunt. cap.xiiij.

Oportet

Oportet ſemper ad indigens conari. cap.xiiij.
Qui bene diffinit contraria conſignificat. cap.ij.
Qui diffinit ſcientiam, quodammodo etiam ignorantiam diffinit. cap.xiiij.
Qui circa aliquas uoluptates retinetur / luxurioſus dicitur. cap.xiiij.
Simpliciter notum non eſt quod ab omnibus notum eſt, ſed a bene diſpoſitis intellectu. cap.iiij.
Vnius rei non ſunt plures diffinitiones. cap.iiij.

¶Septimi Topicorum.

Diffinitio non eſt aliud q̃ res diffinita. cap.iiij.
Facilius eſt deſtruere q̃ conſtruere. cap.viij.
Oportet id quod optimum & maximum dicitur eſſe unum numero. cap.ij.
Quecunq; ſunt ſimpliciter eadem eorum generationes & corruptiones ſunt eadem. cap.j.
Que ambo eidem non ſunt eadem/ſibi inuicem non ſunt eadem. cap.iij.
Veriſimile eſt in multis magis fieri peccatum q̃ in paucis. cap.ix.

¶Octaui Topicorum ¶Partis Prime.

Dyalectica propoſitio eſt contra quam ſic in pluribus ſe habentem non eſt dari inſtantiam. cap.vi.
Diſputãti nõ eſt utẽdũ ſillogiſmo ad impoſſibile. cap.vij.
Maiori bono maius malum opponitur. cap.vj.
Vna ſcientia eſt melior alia, aut quia certior, uel quia de meliori. cap.iiij.

¶Partis Secunde.

Cum reſpondenti proponitur multiplex quod non intelligit, conceſſum eſt ei dicere, non intelligo. cap.iiij.
Diſcenti ſemper ſunt ponenda uera. cap.j.
Falſum ſemper ſillogizatur ex falſis. cap.viij.
Ille ſoluit orationem falſam qui interimit propter quid eſt falſa. cap.v.
Nihil prohibet propoſitionẽ aliquã per ſe eſſe uituperabilem, ad problema autẽ laudabilẽ, & econtra. cap.viij.
Prauus ſocius eſt qui impedit cõmune opus. cap.vij.
Peccatum eſt aliquid oſtendi per longiora / quod ineſt per pauciora. cap.ix.

Qui ex improbabilioribus concluſione ſillogizare conantur non bene ſillogizant. cap.iij.
Qui litigatorie interrogat praue diſputat cap.vij.
Qui bene nati ſunt, benefacere poſſunt. cap.xij.
Sophiſma eſt ſillogiſmus litigatorius. cap.ix.

LIBRI PRIMI ELLENCORVM.

¶Primi Ellencorum.

Contraria iuſta ſe poſita, maiora, & minora/ meliora, & peiora, apparent. cap.xij.
Duo ſunt opera ſapientis, unum eſt non mentiri de quibus nouit/ aliud mentientem poſſe manifeſtare. cap.j.
Difficile eſt ſimul multa conſpicere. cap.xij.
Ellencus eſt ſillogiſmus contradictionis unius & eiuſdem ad idem & ſecundum idem & in eodem tempore. cap.iij.
Homines conturbati minus conſeruant orationes. cap.xij.
Imperiti uelut diſtantes longe ſpeculantur. cap.j.
Non contingit res ipſas ferentes diſputare, ſed pro rebus notis utimur nominibus. cap.j.
Nomina ſunt finita, res uero infinite, ideo unum nomē plura ſignificat. cap.j.
Oportet diſcentem credere. cap.ij.
Omnes artes utuntur quibuſdam cōmunibus. cap.viij.
Qui uirtutis nominum ſunt ignari, de facili paralogizantur. cap.j.
Quibuſdam magis eſt operepretium, uideri ſapientes & non eſſe, ꝙ eſſe & non uideri. cap.j.
Rubeus color inſequitur mel. cap.iij.
Sophiſtica eſt apparens ſcientia & non exiſtens. cap.j.
Sophiſta copioſus eſt ab apparenti ſcientia & non exiſtenti. cap.j.
Tardiores minus preuident. cap.xij.

¶Secundi Ellencorum.

Ad interrogationes plures non eſt danda una reſponſio. cap.j.
Cum proponitur obſcurum non eſt concedendum ſimpliciter. cap.ij.

In nonfacere intelligitur facere, & uniuerſaliter in negatio-
ne intelligitur affirmatio. cap.x.
Prouidere difficile eſt, uidere autem facile. cap.iij.
Principium eſt maximum difficillimum omnium. cap.xij.
Principium quantitate eſt minimum, poteſtate autem ma-
ximum. cap.xij.
Principio inuento facile eſt augere reliquum. cap.xij.
Quod ſcimus ſepe tranſpoſitum ignoramus. cap.j.
Qui ab alio facile paralogizatur & hoc non ſentit ipſe etiam
hoc a ſe patitur ſepe. cap.j.
Recta ſolutio eſt manifeſtatio falſi. cap.iij.
Vtrum anima animalium ſit corruptibilis aut incorrupti-
bilis, non determinatum eſt multis. cap.ij.

¶Finis libri Ellencorum.

INCIPIT LIBER PRIORVM.

¶Primi Priorum.

Dici de omni eſt quando nihil eſt ſummere ſub ſubiecto de
quo non dicatur predicatum. cap.j.
Dici de nullo eſt quando nihil eſt ſummere ſub ſubiecto a
quo non remoueatur predicatum. cap.j.
Exempla ponimus ut ſentiant adiſcentes. cap.xl.
Frequenter mentiri euenit eo ꝙ non bene exponuntur ter-
mini ſecundum propoſitionem. cap.xxxj.
In omnibus predicatis reduplicatio ponenda eſt ad maius
extremum. cap.xxxv.
Mediũ eſt illud quod eſt in alio, & aliud eſt in ipſo. cap.v.
Non oportet ſemper querere terminos nomine exponi,
nam ſepe ſunt termini quibus nomen non eſt propo-
ſitum. cap.xxxj.
Propoſitio uniuerſalis eſt que omni aut nulli ineſſe ſi-
gnificat, particularis uero que alicui aut non alicui aut
non omni ineſſe ſignificat, indefinita autem que ineſſe
aut non ineſſe ſignificat ſine ſigno uniuerſali uel particu-
lari. cap.j.
Poſſibili poſito ineſſe nullum ſequitur inconueniens.
cap.xviij.
Sillogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis & con-

ceſſis neceſſe eſt aliud euenire per ea que poſita ſunt & conceſſa. cap.j.

Sillogiſmus perfectus eſt qui nullius indiget preter ea que ſumpta ſunt ut appareat neceſſarius imperfectus uero eſt qui unius aut pluriũ que ſunt neceſſaria per ſumptos terminos non autem ſumpta per propoſitiones. cap.j.

Terminus eſt in quem reſoluitur propoſitio. cap.j.

¶Libri Secundi.

Ex falſis ſequitur uerum/ex ueris nil niſi uerum. cap.ij.

Quando extrema conuertuntur neceſſe eſt medium cõuertiad utrunq;. cap.xxi.

¶Finis libri Priorum.

LIBRI DVO POSTERIORVM.

¶Libri primi Poſteriorum.

Accidentia non ſunt neceſſaria. tex.xv.

Accidens contingit non eſſe. tex.xviij.

Addiſcimus aut per demonſtrationem aut per inductionem. tex.xxxiij.

Affirmatiua demonſtratio potior eſt negatiua. tex.xl.

Cuius ſimpliciter eſt ſcientia, hoc impoſſibile eſt aliter ſe habere. tex.v.

Contradictio eſt oppoſitio cuius non eſt medium ſecundum ſe. tex.v.

Certior eſt ſcientia que eſt ex paucioribus quam que eſt appoſitione. tex.xlij.

Due ſunt precognitiones.ſ.quia eſt,& quid eſt. tex.ij.

Demonſtratio eſt ſillogiſmus faciens ſcire. tex.v.

Deficiente ſenſu deficit ſcientia ſenſibilium illius ſenſus. tex.xxxiij.

Dyalectica propoſitio accipit quamlibet partem contradictionis indifferenter. tex.v.

Demonſtratiua propoſitio accipit partem ueram. tex.v.

Dignitas eſt propoſitio indemonſtrabilis ꝙ neceſſe eſt quẽlibet docendum habere. tex.v.

Demonſtratio circularis ſimpliciter eſt impoſſibilis. tex.vj.

De omni eſt quando nihil nec eſt ſummere aliquo tempore ſub ſubiecto, de quo non dicatur predicatum. tex.viij.

Demonſtratio eſt eorum que ſunt per ſe/ & non eorum que ſunt per accidens. tex.xviij.
Demonſtratio & ſcientia non ſunt corruptibiliũ. tex.xix.
Demonſtrantem non eſt interrogare propter id quod oppoſitorum eſſe non demonſtrat idem. tex xxvij.
Demonſtratio eſt ex uniuerſalibus, inductio uero ex his que ſunt ſm partem. tex.xxxiij.
Demonſtratio uniuerſalis potior eſt particulari. tex.xl.
Enunciatio eſt oratio quemlibet partem contradictionis accipiens. tex.v.
Ex ueris contingit ſillogizare, demonſtrare autem ex ueris non contingit, ſed neceſſarium eſt. tex.xvi.
Ex uero ſemper ſequitur uerum. tex.xvij.
Ex neceſſarijs contingit ſillogizare neceſſarium, ſimiliter ex non neceſſarijs, ſed non demonſtrare. tex.xvij.
Figurarum maxime eſt faciens ſcire prima. tex.xxxj.
Geometra non ſupponit falſa. tex.xxv.
Idem dicitur primum & principium. tex v.
Impoſſibile eſt infinita pertranſire. tex.vi.
Ignorantia eſt duplex, negationis & diſpoſitionis. tex xxxij.
Impoſſibile eſt ſpeculari uniuerſale niſi per inductionem. tex.xxxiij.
Illa demonſtratio eſt dignior que utitur dignioribus principijs. tex.xl.
Illa ſcientia eſt una que eſt unius generis ſubiecti. tex.xliij.
Impoſſibile eſt omnium ſillogiſmorum principia eſſe eadem. tex.xliij.
Medio exiſtente ex neceſſitate, concluſio erit ex neceſſitate. tex.xvij.
Maior cognoſcitur prius tempore q̃ concluſio, & minor ſimul cum concluſione. tex.iij.
Neceſſe eſt demonſtrationem eſſe ex primis ueris ĩmediatis prioribus notioribus cauſiſq; concluſionis. tex.v.
Non eſt idem unitas & unitatem eſſe. tex.v.
Neceſſe eſt magis credere principijs q̃ concluſioni. tex.v.
Non omne quod ſcitur per demonſtrationẽ ſcitur. tex.vi.
Non contingit deſcendentem de uno genere in aliud demonſtrare. tex.xxiij.
Neceſſe eſt ultima & medio in demonſtratione, ex eodem

genere eſſe. tex.xxij.
Non contingit ire in infinitum in predicatis / nec aſcendendo nec deſcendendo. tex.xxxvj.
Omnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua ex parte exiſtenti fit cognitione. tex.j.
Oportet addiſcentem non incredibilem eſſe. tex.v.
Oportet medium propter ipſum ineſſe tertio & primum medio. tex xxj.
Omnes ſcientie communicant in principiis communibus. tex.xxvij.
Omnis ſillogiſmus eſt per tres terminos. tex.xxxiiij.
Principium demonſtrationis eſt propoſitio immediata. tex.v.
Propoſitio immediata eſt qua non eſt altera prior. tex.v.
Propoſitio eſt altera pars enunciationis ſignificans unum de uno. tex.v.
Poſitio eſt oratio indemonſtrabilis quã non eſt neceſſe quẽlibet docendum habere. tex.v.
Propter quod aliquid eſt tale illud eſt magis tale. tex.v.
Pars contradictionis que ſignificat aliquid de aliquo eſt affirmatio, que autem aliquid ab aliquo negatio. tex.v.
Principijs nihil eſt notius in ueritate / & nihil notius oppoſitis eorum in falſitate. tex.v.
Per ſe inſunt primo modo quecunq; inſunt in ratione dicente quid eſt. tex.vj.
Principium in unoquoq; genere eſt propoſitio neceſſaria & indemonſtrabilis in ſcientia / cuius eſt principium. tex. xliiij.
Planete quia ſunt prope non ſintillant. tex xxx.
Prius eſt eſſe q̃ non eſſe. tex.xl.
Quod addiſcitur quodammodo ſcitur. tex iiij.
Quecunq; neutraliter inſunt accidentia ſunt. tex.ix.
Quod ſcitur non poteſt aliter ſe habere. tex.xv.
Que per ſe ſunt neceſſario inſunt rebus. tex.xv.
Remotiora a ſenſu ſunt uniuerſalia, proxima uero particularia. tex.v.
Scire unumquodq; opinamur ſimpliciter, & non ſophiſ-

ſtico modo quod eſt ſecundum accidens cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quam res eſt/& quoniam illius eſt cauſa, & non contingit aliter ſe habere. tex.v.

Scire eſt per demonſtrationem intelligere. tex.v.

Scientia eſt eorum,quorum eſt demonſtratio,& non ſecundum accidens. tex.v.

Suppoſitio dicit eſſe uel non eſſe,diffinitio uero nō. tex.v.

Sicut negatio eſt cauſa negationis / ita affirmatio eſt cauſa affirmationis. tex.xxx.

Scientes uniuerſale/ſepe ignorāt ipſum ſingulare. tex.xxx.

Senſus eſt ſingularium. tex.xxxiij.

Scire non eſt per ſenſum. tex.xliij.

Solertia eſt ſubtilitas quedam in non proſpecto tempore medij inueniendi. tex.xliiij.

Tam ſillogiſmus ꝙ inductio per prius nota faciunt doctrinam. tex.j.

Tunc ſcimus cum cauſas cognoſcimus. tex.v.

Vniuerſale eſt quod quando de omni ſit & per ſe eſt ſm ꝙ ipſum eſt. tex.x.

Vulnera circularia tardius ſanantur. tex.xxx.

Vniuerſale eſt ubiqꝫ & ſemper. tex.xliij.

¶Libri Secundi Poſteriorum.

Cauſa & medium idem ſunt. tex.j.

Cauſa prior eſt eo/cuius eſt cauſa. tex.xxv.

Diffinitio eſt cognitio ſubſtantie & ipſius quodqdeſt. tex.ij.

Diffinitio formalis non habet medium per quod demonſtretur,materialis uero ſic. tex.ix.

Eorum que frequenter ſunt medium eorum debet eſſe frequenter. tex.xvi.

Ex ſingularibus in uniuerſalia aſcendere oportet. tex.xxij.

Equiuocationes magis latent in uniuerſalibus ꝙ in inferioribus. tex.xxij.

Ex ſenſu fit memoria/ex multis memorijs fit experimentum/ab experimento autem uniuerſale accipitur,quod eſt principium artis & ſcientie. tex xxvij.

Fluuius magis fluit in fine menſis,quia tunc luna magis deficit. tex xxiiij.

Facilius eſt diffinire ſingulare ꝙ uniuerſale. tex xxij.

Impoſſibile eſt ſcire quid eſt ignorare ſi eſt. tex.ix.
Intellectus eſt habitus principiorum. tex.xxvij.
Medium in demõſtratione eſt ratio primi termini. tex.xxv.
Omnis arbor habens lata folia, folio fluit. tex.xxv.
Principia demonſtrationum ſunt diffinitiones. tex.ij.
Queſtiones ſunt equales numero his quecunq; uere ſci-mus. tex.j.
Queſtiones ſunt quatuor, ſi eſt/quid eſt/quia eſt, & propter quid eſt. tex.j.
Quedam ſunt ſemper/& quedam frequenter. tex.xvj.
Sentire eſt ſingularis, ſed ſenſus eſt uniuerſalis. tex.xxvij.
Vnius inquantum unum una eſt ſcientia. tex.ij.

¶Finis libri Poſteriorum.

LIBRI DIVISIONVM BOETII.

Diuiſio per ſe eſt triplex generis in ſpecies/ totius in partes & uocis in ſignificata.
Diuiſionem generis oportet eſſe ad minus in duas ſpecies non tamen in infinitas.
Diuiſio per accidens ex triplex, ſubiecti in accidentia, accidentis in ſubiecta/& accidentis in accidentia.
Diuiſio generis fit per ſpecies quando ſpecies appellantur proprijs nominibus / quando uero non / fit per differentias.
Diuiſio potius facienda eſt per finitum q̃ per infinitum.
Finita ſunt priora infinitis.
Figurarum ſpecies ſunt infinite.
Genus naturaliter eſt prius ſuis ſpeciebus.
Genus eſt ut materia ſpecierum, differentia uero ut forma.
Genus eſt quod predicatur de ſpeciebus in quid.
Genus in diffinitione eſt pars/in diuiſione uero eſt totum.
Interempto genere interimuntur ſpecies.
Illa que collocantur ſub genere recipiunt nomen & diffinitionem generis.
Indiuidua ſecluſa ſunt a diffinitione.
Infinitum dicitur quadrupliciter, ſecũdum magnitudinem, ſecundum multitudinem, ſecundum ſpeciem, & ſecundum tempus ſiue durationem.

Multis ſpeciebus non ſunt nomina.
Mundus dicitur infinitus quia eius terminus ſecundũ tem-
pus inueniri non poſſit.
Negatio non conſtituit ſpeciem.
Omne aptum ad diuiſionem eſt aptum ad diffinitionem.
Omnis diffinitio daretur ex duobus terminis/niſi eſſet indi
gentia nominum.
Oppoſitio priuatiua nullo mõ ualet ad diuiſionẽ generis.
Omnis diuiſio debet eſſe ſicut terminus ſcilicet nec diminu
ta nec ſuperflua.
Omne ambiguum eſt dubitabile & non econtra.
Partes ſunt priores toto.
Pereunte toto non propter hoc pereunt partes.
Prima oppoſitio eſt contradictio.
Quotiens ſit diuiſo per negationem, debet preponi ipſa af-
firmatio.
Semper poteſt eſſe negatio, priuatio uero non.
Species eſt que collocatur ſub genere.
Species conſtituitur negatione que nullo nomine nuncupa-
tur.
Si negatio ſit prior diuidendo genus tardior erit intelle-
ctus rei.
Sola ſpecies eſt diffinibilis.
Sub uno genere oportet ad minus eſſe duas ſpecies/& non
pauciores.
Virtus eſt optimus habitus mentis & econtra.

LIBRI OCTO PHISICORVM.

¶Primi Libri Phiſicorum.

Contra negantes principia non eſt diſputandum. tex.viij.
Finiti & infiniti ratio quantitati competit. tex.xv.
Forma eſt ens diuinum optimum, & appetibile. tex.lxxxj.
Innata eſt nobis uia cognoſcendi a communioribus ad pro
pria. tex.ij.
Infinitum ſecundum ꝙ infinitum eſt ignotum. tex.xxxv.
In diuiſione carnis contingit deuenire ad minimam car-
nem, que ſi ultra diuidatur non remanebit ſpecies car-
nis. tex.xxxviij.

Intellectus querens ſeparare accidens a ſubiecto uanus eſt & querens impoſſibilia. tex xxxix.
Melius eſt ponere principia finita ꝙ infinita. tex.xlj.
Materia nō cognoſcitur niſi p analogiā ad formā. tex.lxix.
Materia cum forma eſt cauſa eorum que fiunt ſicut mater eſt cauſa filiorum. tex.lxxx.
Materia appetit formam ſicut femina marem/& turpe bonum. tex.lxxxj.
Materia ſecundum ſe eſt ingenerabilis & incorruptibilis. tex.lxxxij.
Materia eſt ex quo fit aliquid cum inſit per ſe & non ſecundum accidens. tex.lxxxij.
Nihil appetit id quod in ſe habet, nec quod ſibi contrarium eſt. tex.lxxxj.
Omne corpus finitum per remotionem alicuius finiti ab eo multotiens factam, tandem conſumitur. tex.xxxviij.
Pueri primo appellant omnes uiros patres/& omnes feminas matres. tex.v.
Principia non fiunt ex alijs neqꝫ ex alterutris, ſed ex his fiunt omnia. tex.xlij.
Principia oportet ſemper manere. tex.l.
Priuatio eſt non ens per ſe. tex.lxxix.
Priuatio que eſt in materia multotiens machinatur ad maleficium. tex.lxxx.
Quod uere eſt nulli accidit. tex.xxvj.
Secundum philoſophantes ex nihilo nihil fit. tex.xxxiiij.
Subiectum prius eſt predicato. tex.lij.
Tunc arbitramur unumquodque cognoſcere cum cauſas & principia cognoſcimus, uſqꝫ ad elementa. tex.j.
Tria ſunt principia / naturalia / materia, forma, & priuatio. tex.lvj.
Vno inconuenienti dato plurima contingunt. tex.x.
Vniuerſale notius eſt ſecundum intellectum, particulare uero ſecundum ſenſum. tex.xlix.

¶Commentatoris in eodem.

lteratio ſubita non habet principium. col.xxiij.
lbum ſignificat albedinem, & recipiens albedinē. col.xxv.

Alteratio contrariorum adinuicem coegit omnes crede re quod omnia corpora ſunt compoſita & non ſimplicia. col.lj.
Apperitus materie ad recipiendum omnes formas eſt naturalis. col.lxxxj.
Cognoſcens proportionem iſtius uite ad tempus ſempiternum/non procurabit uitam propriam. in prolog.
Compoſitio eſt triplex,ſpeciei ex ſuis cauſis,generis ex ſuis ſpeciebus,& indiuidui ex materia & forma. col.v.
Contrarietas minor eſt in medijs q̃ in extremis. col.liiij.
Conſuetudo eſt altera natura. col lxxix.
Corpora celeſtia non habent materiam. col lxxix.
Cã generatiõis & corruptiõis eſt materia prima. col.lxxix.
Differentie aque manifeſtiores ſunt ſenſui aeris uero latentiores. col liiij.
Doctrina eſt cuius propoſitiones accepte in ea ſunt maxime & ſine medijs,& cum hoc manifeſtiores/& non accidit in ea iteratio. col.lvij.
Entia eſſe plura & mobilia eſt de principijs cognitionis in philoſophia naturali. Entia uero naturalia habere in ſe principia motus & quietis/eſt principium cognitionis & eſſe. col.viij.
Finitum & infinitum dicuntur de quanto & non de fine quanti. col.xviij.
In ſpermate apud generationem hominis, non ceſſante partes ſpermatis corrumpi,& partes hominis fieri donec forma humana perficiatur, & hoc ſi forma recipit partitionem,ſi autem non,illud neceſſario accidit in accidentibus proprijs forme generate col lxij.
In generatione ſufficit eſſe forme,in corruptione uero non eſſe eius. col.lxviij.
Liber phyſicorum eſt radix & prĩcipium totius philoſophie naturalis. col in prologo.
Motus eſt ex neceſſitate materie. col.in prologo.
Multitudo rerum aut eſt ſecundum formam aut ſecundum quantitatem. col vj.
Materia prima multum admiſcetur cum priuatione. col.lxvj.
Materia prima non habet in ſe formam propriam neq;

priuationem propriam, quia ſic non reciperet omnes for mas. col.lxvj.
Materia nullam formam in ſe habet, ſed eſt in potentia ad recipiendum omnes formas. col.lxix.
Materia non eſt ſua potentia, quia materia eſt in genere ſubſtantie potentia uero in genere relationis. col.lxx.
Materia ſuſtentat formam ſm quod forma non poteſt eſſe ſine ea, forma autem ſuſtentat materiam ſm ꝙ forma eſt complementum eius. col.lxx.
Materia eſt medium inter non eſſe ſimpliciter, & eſſe in actu. col.lxx.
Materia nunquam denudatur a forma. col.lxxvj.
Materia non eſt in actu propter priuationem ei admixtam. col.lxxxi.
Nomina ſynonima non uſitantur in doctrina demonſtratiua. col.j.
Nihil eſt ſcitum niſi quando omnes eius cauſe propinque & remote ſunt ſcite. col.j.
Nihil prohibet ut ſubſtantie ſint cõtrarie ſm formã. col.lij.
Omne quod recipit aliquid, nõ recipit illud ſm ꝙ eſt in actu, ſed ſm ꝙ eſt in potentia. col.lxix.
Omne habẽs materiã eſt gñabile & corruptibile. col.lxxix.
Omne ens diligit ſe permanere. col.lxxxj.
Pars ſubſtantie eſt ſubſtantia. col.lxx.
Philoſophus naturaliter eſt uirtuoſus ſecundum omnes ſpecies uirtutum moralium / ſcilicet iuſtitiam, caſtitatem, liberalitatem. col. in prolog.
Patiens debet eſſe contrarium ei a quo patitur. col.lvj.
Priuatio eſt de neceſſitate generationis. col.lxvij.
Que ſunt preter materiam primam / & ultimam formam ſunt materie compoſite & forme compoſite. col.j.
Ratio dicitur uana cũ ſit ex falſis, & non ſit in forma. col.x.
Rotundo nihil eſt contrarium. col. xli.
Rarum & denſum comprehenduntur in corporibus naturalibus ſenſibilibus magnum autem & paruum in naturalibus & mathematicis. col.xlix.
Scientiarum alia eſt perfecta que eſt per cauſam, alia imperfecta que eſt ſine cauſa. col.j.
Studioſitas in pecunia eſt unum de deſiderijs preter natu

ram. col.in prolog.
Sermones ſophiſtici facilius contradicuntur quam diſputatiui. col xxij.
Sermo concludens per ſe, debet concludere in omni materia. col.xxv.
Subiectum ex quo/in rei ueritate eſt materia cuius eſſe eſt in potentia. col.liiij.
Subiectum eſt utrunq; extremum pura potentia, medium uero eſt utrunq; extremum pura non potentia, ſed aliqua potentia / in medio enim eſt utrunq; extremum in actu, ſed non in ultima perfectioue. col.lvj.
Totum nihil aliud eſt quã congregatio partium. col.xvij.
Tranſmutatio ſubſtantialis & accidentalis in hoc cõueniũt ꝙ ſunt alteratio eiuſdẽ rei de una qualitate in aliã, ſed differunt in hoc ꝙ ſubſtantialis mutat nomen & diffinitionẽ rei accidentalis uero neutrum horum mutat. col.lxiij.
Vltima perfectio hominis eſt / ut ſit perfectus per ſcientias ſpeculatiuas & hec eſt ſibi ultima felicitas & ſempiterna uita. col.in prolog.

¶Secundi Phiſicorum.

Abſtrahentium non eſt mendatium. tex.xviij.
Ars imitatur naturam inquantum poteſt. tex.xxij.
Ars multa cõplet que natura perficere non poteſt. tex.lxxix.
Bona fortuna eſt, quando aliquod bonum euenit, mala autem quando malum euenit. tex.lvj.
Cecus a natiuitate nõ poteſt diſputare de colore quantum ad quid rei, ſed bene quantum ad quid nominis. tex.vj.
Cãe ſunt quatuor, materia forma/efficiẽs & finis. tex.xviij.
Cã agẽs & effectus in actu ſimul ſunt & nõ ſunt. tex.xxxvij.
Conſiderans naturam alicuius debet conſiderare accidentia eiuſdem. tex.xvij.
Eufortunium eſt quando aliquod magnum bonum euenit infortunium uero quando aliquod magnum malum. tex.lvj.
Forma & materia non ſunt ſeparata ſecundum eſſe, ſed ſecundum rationem. tex xij.
Forma eſt magis natura ꝙ̃ materia. tex.xxij.
Forma eſt finis materie. tex.xxiij.
Finis non ſolum eſt ultimũ rei ſed & optimum. tex.xxiij.

Fortuna eſt cauſa per accidens in his que fiunt a propoſito propter finem & raro. tex.lij.
Fortuna non eſt niſi in agentibus a propoſito & a uoluntate. tex.lviij.
Fruſtra & uanum eſt id quod ordinatum eſt ad aliquem finē quem non conſequitur. tex.lxij.
Forma finis & efficiens, ſepe coincidunt. tex.lxx.
Finis neceſſitat ea que ſunt ad finem. tex.lxxxj.
Idem aliter ſe habens poteſt eſſe cauſa oppoſitorū. tex.xxx.
In celeſtibus nihil uidemus fieri a caſu. tex.xlvj.
Id quod per ſe eſt prius eſt eo quod eſt p accidens. tex.lxvj.
Materia dicitur natura. tex.x.
Materia & forma eiuſdem ſunt conſiderationis. tex.xxij.
Natura eſt principium motus & quietis eius in quo eſt primo & per ſe & non ſecundum accidens. tex.ij.
Naturalia diffiniūtur cū motu & materia ſenſibili. tex.xix.
Nos ſumus quodammodo finis omnium. tex.xxiiij.
Natura agit propter finem. tex.lxxiiij.
Quod parum diſtat ab intellectu, qua ſi nihil reputatur diſtare. tex.lvj.
Que mouent non mota / non ſunt Phyſice conſiderationis. tex.lxxi.
Tentare demonſtrare naturam eſſe ridiculum eſt. tex.vj.
Sol & homo generant hominem ex materia. tex.xxvj.
Tota ſubſtantia artificialium eſt eorum materia. tex.vij.

¶ Commentatoris in eodem.

Commune omnibus artibus dicitur in logica. col.xvj.
Cauitas eſt depreſſio ſuperficiei. col.xix.
Conſideratio de materia in reſpectu forme, eſt naturalis in quantum uero eſt unū entiū eſt philoſophi primi. col.xxj.
Diffinitiones componuntur ex forma uniuerſali que eſt genus & propria que eſt differentia. col xxviij.
Forma eſt dignior habere hoc nomen ſubſtantia quā compoſitum. col.iiij.
Forme artificiales ſunt accidentia in ſubſtantijs naturalibus. col.xiij.
Homines non potentes per ſuam naturam diſtinguere inter illud quod eſt manifeſtum per ſe, & illud quod eſt manifeſtum per aliud nunq̄ poſſunt philoſophari. col.vj.

Hoc nomen tráſmutari/in rebus naturalibus deriuatur ab eo ad quod fit tranſmutatio. col. xiiij.
Illa dicuntur fruſtra in rei ueritate, quando ex eis non inueni tur aliquid. col. lxiij.
In quocunq; eſt materia in eodem ſunt oẽs cauſe. col. lxx.
In deſcriptionibus nullus potuit plus AR. col. j.
Non inuenitur corpus ſimplex ꝙ alteretur aut generetur ex ſe, ſed bene quod transfertur de loco ad locum. col. j.
Nullus nobothomat in corpore proprio. col. iij.
Nulla ſcientia ſpeculatiua perſcrutatur de caſu. col. liij.
Pluuia eſt propter equalitatem generationis in elemẽtis, & ſi pluuia non fieret mundus corrũperetur col. lxxvij.
Qui dicit naturam non agere propter finem, tollit ſollicitu dinem dei circa iſta inferiora. col. lxxv.
Receptio utriuſq; contrariorum eſt naturalis materie pri me. col. xlviij.
Subſtãtia & accidẽs ſũt differẽtie entis ſm ꝙ eſt ens. col. iiij.
Tranſmutatio in rebus artificialibus famoſius dicitur eſſe de genere eius ex quo q̃ ad quod. col. xiiij.

¶ Tertij Phiſicorum.

Actio & paſſio ſunt unus motus, & ſunt in paſſo ſicut in ſub iecto. tex. xix.
Continuum eſt diuiſibile in infinitum. tex. j.
Ignorato motu neceſſe eſt ignorare naturam. tex. j.
In eternis non differt poſſe ab eſſe. tex xxxiij.
Idem eſt locus totius & partis. tex. liij.
Infinitum eſt cuius quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid accipere extra. tex. lxiiij.
Lis & dies non habent eſſe ſm ꝙ ſunt ſubſtantia aliqua perfe cta ſed ſm ꝙ generantur & corrumpuntur. tex. lix.
Motus eſt actus entis in potẽtia inq̃tum in potentia. tex. vj.
Omne mouens naturale in mouendo mouetur. tex. viij.
Pars eſt materia totius. tex. lxvij.
Quodcunq; fit neceſſe eſt accipere finem. tex. xxxj.
Tot ſunt ſpecies unius quot & entis. tex. v.
Totum & perfectum eſt cui nihil abeſt. tex. lxiiij.

¶ Commentatoris in eodem.

Eterna non continentur a tempore. col. xxxiij.
Corpora celeſtia nõ mouẽtur ab illis que mouẽt. col. xvij.

Diffinitiones ſunt rerum permanentium. col.xiiij.
Nati ſine uiſu & auditu habent uirtutes interiores perfectiores.

Quando uirtus imaginatiua debilitatur, cogitatiua uigoratur, & econuerſo.

LIB.DE CAVSA LON.ET BREVI VITE.

Animalia multum coeuntia cito ſeneſcunt, quia ſperma eſt ſuperfluitas nutrimenti, & amplius deſiccat emiſſum & propter hoc mulus longioris eſt uite equa & aſino ex quibus genitus eſt.

Corruptis animalibus corrumpitur ſcientia & ſanitas que in eis ſunt.

Gentes que in calidis regionibus ſunt longioris ſunt uite, q̃ que in frigidis.

Impoſſibile eſt habenti materiam non aliqualiter exiſtere contrarium.

Longiſſime uite animalium ſunt homo & elephas.

Labor exſiccat, & ſenium inducit/ unde multum laborãtes ſeneſcunt magis.

Minor flamma corrumpitur a maiori per accidens quia alimentum quod illa conſumit in multo tempore hoc maior flamma conſumit in paruo.

Maſculi naturaliter ſunt longioris uite q̃ femine quia maſculus calidior eſt quam femina.

Omnia ſemper ſunt in motu.

Quicquid corrumpitur a ſuo contrario corrumpitur.

Quod in animali eſt pingue, eſt dulce.

Senectus eſt frigida & ſicca.

Vita animalis ſtat per calidum & humidum.

¶ Commentatoris in eodem.

Aqua marina calida eſt & humida.

Complexio iuuenum calida eſt & humida, ſenum uero frigida & ſicca.

Corruptio eſt diſproportio primarum qualitatum ad ſe inuicem.

Entia in quibus dominatur mixtio ignis & aque ſuper mixtionem aeris & terre/ ſunt longioris uite & exiſtentie.

Generatio eſt quãdo uirtutes actiue dominantur ſuper paſſiuas, & corruptio quando paſſiue ſuper actiuas.

Multum coeuntes parum uiuunt/ unde caſtrati plus uiuũt quam non caſtrati.

Qui habitant in regionibus calidis & humidis ſunt longioris uite per accidens/ ſcilicet propter paucitatem corruptionis.

Propter paucitatem coitus plus uiuit mulus quam equus & femina plus quam maſculus.

LIBRI DE IVVEN. ET SENECTV.

Cor primum fit in animali, unde eſt primo uiuens & ultimo moriens.

Ieiunia calefacientia ſitim faciunt.

Non eſt poſſibile ſubſtantiam anime eſſe corpus, ſed tamen

in aliqua particula corporis exiſtit.
Natura ſemper facit ex poſſibilibus quod melius eſt.

LIBRI DE RESPI. ET ASPI.

Diogenes dicebat piſces mori in aere & non in aqua in aere multum aerem attrahunt/in aqua uero moderatum.
Neceſſe eſt omne inſpirans reſpirare.
Pulmo modicam habet caliditatem.
Quecunqꝫ habent pulmonem reſpirant.
Reſpiratio fit per nares, & per arteriam, per priuationem prime animal nõ moritur, ſed bene ꝑ priuationẽ ſecũde.

LIBRI DE MORTE ET VITA.

Animalia reſpirantia ſuffocantur in humido.
Aeris ingreſſus in pectus animalis uocatur inſpiratio, & egreſſus reſpiratio.
Cor magis pulſat iunioribus ꝙ ſenioribus.
Homo eſt rectiſſimum animalium.
Mors ſenum ſine triſtitia eſt/nullo enim dolore eis contingente moriuntur.
Natura maxime ſaluatur in locis proprijs.
Sanguis fit primo in corde, nundũ enim diſtinctis uenis ſed ſolo corde generato apparet animal ſanguinem habere.
Vita & mors ſunt communia omnibus animalibus.
Vita eſt manſio anime cum corpore.

LIBRI DE BONA FORTVNA.

Appetitus naturalis naturaliter tendit in bonum.
Bona fortuna eſt ſine ratione natura.
Deum dignificamus dominum exiſtẽtem talium ut dignis diſtribuat, & bona & mala.
Deus bene uidet preſentia & futura.
Non eſt ueriſimile deum habere curam prauorum.
Nihil eſt melius intellectu & ſcientia preter deum.
Prudentia non eſt ſine ratione.
Proprium & conueniens nomen non habemus bone fortu-

ne ſed eam cauſam talium appellamus.
Sine bonis exterioribus quorum domina eſt fortuna non contingit eſſe felicem.
Vbi plurimus intellectus & ratio ibi minima fortuna, & ubi plurima fortuna/ibi minimus intellectus.

LIBRI DE CAVSIS.

Cum non eſt indiuiduum homo eſt animal. cap.j.
Cauſa prima adiuuat ſecundam in operatione ſua. cap.j.
Cauſa prima eſt ſuperior omni narratione & non deficiunt lingue a narratione eius / niſi propter narrationem eſſe ipſius. cap.v.
Cā prima regit oēs res creatas p̄terq̄ cōmiſceat̄ eis. ca.xix.
Cā prima eſt diues p̄ ſe/& nō eſt magis diues ipſa. cap.xx.
Cauſa prima eſt ſuper omne nomen quod noīatur. cap.xxj.
Cauſa prima exiſtit in omnibus rebus ſecundum unam diſpoſitionem, ſed res omnes non exiſtunt in ea ſecundum unam. cap.xxiij.
Intelligentia eſt ſubſtantia que non diuiditur. cap.vj.
Omnis cauſa primaria plus influit in effectum quam ſecundaria. cap.j.
Omnis anima nobilis habet tres operationes animalem intellectualem & diuinam. cap.iij.
Omnis intelligentia ſcit qđ eſt ſub ſe, & ſupra ſe, ſub ſe, quia eſt eius cā/ſupra ſe, quia recipit bonitatē ab eo. cap.vij.
Omnis intelligentie fixio & eius eſſentia, eſt per bonitatem puram/que eſt prima cauſa. cap.viij.
Omnis intelligentia eſt plena formis. cap.ix.
Omnis intelligentia intelligit eſſentiam ſuam. cap.xij.
Omnis intelligentia ſcit res per hoc ꝙ eſt intelligentia & regit eas, per hoc ꝙ eſt diuina. cap.xxij.
Omnis ſubſtantia ſtans per ſeipſam non cadit ſub corruptione. cap.xxv.
Prima rerum creatarum eſt eſſe. cap.iiij.
Quicquid poteſt cauſa ſecundaria, poteſt etiam cauſa primaria nobiliori & altiori modo. cap.j.
Res recipiunt bonitatem influxam a prima cauſa ſecūdum capacitatem ſui eſſe. cap.xix.

LIBRI DE POMO ET MORTE.

Anima ſenſibilis fouetur odore bono.
Anima eſt coniuncta corpori in eſſe ſuo.
Beata eſt anima que non fuerit infecta prauis operationibus huius ſeculi.
Delectationes anime ſunt cognoſcere creatorem ſuum conſiderare opera celorum & ſapientiam ſuam.
Docentes mentiri non debent.
Ex nihilo deus facit aliquid.
Logica ſimilis eſt ſcorpioni in tyriacam, qui licet per ſe profert uenenum, in tyriaca tamē exiſtens dolorem preſtat patienti.
Mors nihil aliud eſt q̄ receſſus anime a corpore.
Philoſophia docet homines cognoſcere creatorem ſuum.
Purus & perfectus philoſophus mortificat deſideria huius ſeculi, que adducunt eum ad mortificationem corporis & anime.
Qui inquirit philoſophiam inquirit gradus altiſſimos & diuinos.
Qui multū utitur uoluptate uenerea inueterat corpus ſuū.
Qui capit radicem diligere debet fructum.
Qui inuenerit philoſophiam inuenit uitā in utroq; ſeculo.
Ve anime peccatrici que non habet poſſe redeundi ad locū ſuum, quia turpia opera delectationis corporis impediūt eius aſcenſum ſurſum.

EPISTOLE ARIST. AD ALEXANDRVM.

Agere non conſiliatum ſignum eſt ſtultitie.
Animalia omnia utuntur concupiſcentia ira & ſimilibus ratione autem ſolus homo utitur.
Eos qui utuntur ratione / & cum hac omnia uolunt agere tanq̄ bonos & optimos exiſtentes laudamus, / contrarios uero contrarium.
Eruditione precedente nō contingit peccare circa actionē.
Multo melius eſt habere animam habentem ſcientias quā habitum corporis uidere bene indutum.
Sicut uita ſine triſtitia elligibilis eſt, ita ratio ſenſata ama-

bilis.

Sicut conſeruatiuum corporis eſt ſanitas, ita conſeruatiuũ anime eſt eruditio.

Sicut dux eſt ſaluator exercitus, ſic ratiocinatio cum eruditione eſt dux uite.

LIBRI DE MOTIBVS ANIMALIVM.

Appetibile eſt primum mouens in animali.

Celum neceſſario eſt incorruptibile.

Eſtimandũ eſt animal conſtare quemadmodum ciuitatem legibus bene rectam, in ciuitate enim quando ſolum ſtabilitus fuerit ordo nihil opus eſt ſeparato monarcha quẽ oporteat adeſſe per ſingula eorum que fiunt, ſic non eſt neceſſe animam exiſtere in qualibet parte corporis / ſed ſolum in una ſcilicet corde.

Impoſſibile eſt celum moueri ab aliquo exiſtenti in terra.

Id quod ſimpliciter eſt immobile a nullo põt moueri, unde ait Homerus ſi omnes dij & dee multum laborarent non mouerent Iouem de celo in terram.

Oĩa que nõ ratiocinantes operamur uelociter operamur.

LIBRORVM DECEM ET OCTO DE ANI.

¶Primi Libri de Animalibus.

Aures hominis ſolum ſunt immobiles.

Aures magne ac recte ultra modum ſunt indices ſtulticie ac loquacitatis.

Cerebrum obtinet priorem locum capitis.

Generoſum eſt / quod a natura ſua non degenerauit.

Homo eſt ciuilis generis.

Ili quibus frons magna ineſt ſunt ſegnes, quibus parua mobiles / quibus lata mente moueri idonei, quibus uero rotunda iracundi.

In cerebro non eſt ſanguis neq; uena.

Lac etiam poteſt fieri in maribus.

Nobile eſt quod ex bono procedit genere.

Naſus ineſt elephanto loco manus in accipiendo neceſſaria.

Omnia animalia generantia habent oculos preter talpam

que

que oculis priuatur, que omnino non uidet, ſi quis tamen corium ſuper loca oculorum exiſtens ſcindat, inueniet locum oculorum.

Omnia animalia mouent maxillam inferiorem excepto cocodrillo fluuiali.

Perdices gaudent copia libidinis.

Pauones ſunt animalia inuida, ornatus ac politare ſtudioſa.

Partes corporis hominis create & poſite ſunt, ſecundũ creationem & ſitum uniuerſi.

Quorũcunq; animalium placida ſunt / eorundem fera reperiri poſſunt.

Sicut pluma eſt in auibus ita ſquamma in piſcibus.

Vitulus marinus habet pedes minutos.

¶ Secundi libri de Animalibus.

Animal cornutum caret dentibus in ſuperiori mandibula.

Dentes canum iuuenum ſunt albi & acuti, ſenum uero nigri & obtuſi.

Dentes equi cum ſeneſcunt albeſcunt.

Delphinus habet mammas prope genitale.

Femine omnes ex auerſo mingunt.

Habentes dentes raros ſunt breuioris uite.

Inter animalia ſolus homo eſt ambideſter.

Leo panthera, & canes, habent dentes ſerratos.

Maſculi ſunt plurium dentium q̃ femine.

Mamma negatur non generantibus.

Nullum animal mutat dentes maxillares.

Omne animal cornutum eſt quadrupes.

Omne quadrupes generans animal utitur cruribus anterioribus uice brachiorum.

Omnium piſcium dentes ſunt ſerrati.

Oĩbus quadrupedibus data eſt lingua / excepto cocodrillo.

Omne animal quod ſquãma contegitur parit oua, qđ uero genere cartilagineo continetur parit aĩal excepta rana.

Sus nullum dentem amittit.

¶ Tertij libri de Animalibus.

Animalia parum ſe mouẽntia, uentre pingueſcunt.

Cocodrillus fluuialis mouet ſolũ mandibulã ſuperiorẽ.

Ceruus inter animalia ſolus habet cornua ſolida, & in ramos ſparſa.

Contingit interdum pennas auium de nigro in album mu‑tari;ut penne corui de nigro in album,propter .ſ.affectus temporarios,ut propter intenſa frigora.
Delphinus habet oſſa & non ſpinas.
Grues nunquam mutant pennas.
Illi quibus paruus eſt uenter,pingueſcunt intra carnem.
Pubes caſtrati non barbeſcunt.
Inter feminas omnes,mulier maxime ſanguine habundat.
Minus calueſcunt habentes mentum bipartitum.
Neruus abſciſus ſolidari non poteſt.
Nullum animal habet os circa uentrem.
Os poſt abſciſionem non creſcit.
Oſſa leonis ita dura ſunt ꝙ ſi collidantur reddunt ignem.
Omne ſanguineum cito putreſcit.
Oſſa porci & leonis modicam uel nullam habent medullã.
Omnes aues habent teſtes,ſed intus manentes.
Omnia oſſa neruis ligantur preter caput,quod non neruis, ſed ſutturis oſſium continetur.
Omne pingue eſt exangue.
Piſces non habent teſtes.
Pili palpebrarum defluunt,rebus uenereis inceptis.
Ren dexter ſemper minus pingueſcit quam ſiniſter.
Si ſanguis integer exit/rubet & eſt dulcis ſaporis/ſi uero na‑tura uel morbo fuerit uitiatus acrior cernitur.
Sanguis primo oritur in corde,antequam totũ corpus for‑metur.
Sanguis feminarum nigrior eſt & craſſior ſanguine maſcu‑lorum.
Vipera edit animal poſtquam intra ſe oua peperit.

¶ Quarti libri de animalibus.

Gallus uociferat poſt pugnam.
Homo non ſomniat ante quartum annum/ſed poſt.
Homines qui nunquam ſomniauerunt,uiſo ſomnio,mutan‑tur uel in mortem uel morbum.
Muti poſſunt emittere uocem/ſed non locutionem.
Mares longioris ſunt uite quam femine,preterquam in ge‑nere mulorum.
Mares hbent partes ſuperiores ualidiores/femine uero in‑feriores.

Non ſolus homo ſomniat, ſed etiam bruta.
Omnes piſces audiunt.
Omne animal carens pulmone, caret uoce.
Omnium animaliũ/femine gracilioris & acutioris ſunt uocis quam maſculi, & excepta uacca.
Omne animal generans & pariens habet omnes quinq; ſenſus, niſi ſint ei leſa organa.
Piſces habent linguam, ſed imperfectam, & quibuſdam pro lingua datum eſt pallatum carnoſum.
Qui non habent linguam liberam & abſolutam non emittunt uocem neq; ſermocinantur.
Singulis animalibus inſunt uoces proprie ad initũ & coitũ.
Surdus a natiuitate eſt etiam mutus.
Talpa non habet oculos, quia in generatione eius natura leditur.

¶ Quinti libri de animalibus.

Canes portant fetum per ſexaginta dies, aut uno, aut duobus, aut ad ſummum tribus, & ſi celerius parit fetus educari non poteſt.
Galline pariunt omnibus temporibus anni exceptis diebus brumalibus.
Homo incipit ferre ſemen circa annos bis ſeptem, ſed recipit uim genitalem circa annos ter ſeptem.
Homo mas uſq; ad ſeptuageſimum annum poteſt generare, femina non uſq; ad quinquageſimum, ſed magna ex parte/maribus finis procreandi eſt quintus & ſexageſimus annus, feminis autem quintus & quadrageſimus.
Homines maſculi magis ſtimulantur ad uenerem tempore hyemali/femine uero tempore eſtiuali.
Hyrundo eſt prima auis que parit/& ultima que educat partum, & ipſum feliciter ad finem ducit.
Mas elephantis incipit coire anno ſexto & non repetit coitum/niſi triennio interpoſito.
Mus aquatilis ſiue teſtudo lutaria parit oua, & ipſa deſerit terra obrupta/& die trigeſimo repetit, & refoſſa aperit, & fetum generatum continue per aquam ducit.
Natura ſtatuit ſingulis animalibus tempora & etates certas ad coitum, preterquã homini, ipſi.n. omnibus tem-

poribus oportunus eſt coitus.

Omne animal carens pedibus caret teſticulis.

Oues parere poſſunt uſq ad octauum annum, & ſi bene curentur uſq ad undecimum, & etiam poteſt fieri ꝙ per totum tempus rite coeant.

Piſces quando pariunt, mares ſequuntur ſeminas & uorant oua/& ex ouis non uoratis oriuntur poſtea piſces.

Plurima pars piſcium parit in uere.

Proles equorum preſtantior eſt uſq ad uigeſimum annum, mas coit uſq ad triginta & uiuit uſq ad quintum & trigeſimum, femina autem coit uſq ad quadrageſimum, & pluſquam quadraginta annis uiuit.

Papiliones naſcuntur ex erucis, & eruce ex folijs uirẽtibus.

Sus incipit coire octauo menſe.

Tabani naſcuntur ex ligno.

¶ Sexti libri de Animalibus.

Animalia oĩa habẽt appetitũ & delectationem ad coitum.

Columbis hic ritus proprius in coitu ineſt, ut mas nõ aſcendat niſi ante mutuo ſe oſculentur, ſed aliter & aliter iunior ſe habet & ſenior, ſenior enim primum coitum oſculo exorditur, ſequentem uero ſine oſculo agit, iunior autẽ quotienſlibet coire totiens oſculatur.

Columbe magna ex parte generant marem & feminam, marem quidem prius, feminam uero poſt.

Cuculus non parit in nido proprio ſed alieno, & oua que ibi inuenit edit & ſua fouet.

Capre uiuunt uſq ad octauum annum. Oues uero uſq ad decimum. Et duces ouium uſq ad quintumdecimũ.

Canes poſtquam peperint manent per ſex menſes antequã coeant.

Catuli nati per quintam partẽ anni carent luce duodecim diebus, nati uero per quartam decem & ſeptem diebus.

Canes maxima ex parte uiuunt uſq ad quattuordecim annos, ſed nonnulli ad uiginti protrahunt uitam ut dicitur de cane ulixis.

Camelus uiuit pluſquam quinquaginta annis.

Cerua utplurimum parit iuſta uias metu belluarum.

Delphini portant fetum decem menſibus & pariunt in eſtate & nullo alio tempore, & magna charitas reperitur in

eis erga gnatos.

Equus habet quadraginta dentes.

Lupus parit fetum cecum ſicut canis.

Nulla auis interimitur ab alia eiuſdem generis preterquam pullus qui interimitur ab accipitre.

Ouum galline magna ex parte perficitur in decem diebus.

Origo pulli eſt in albumine.

Pauo uiuit annis uigintiquinq;.

Paſtores non conſtituunt ducem captis, quia earum natura lubrica & mobilis eſt.

Paſtores gregis ouilis nunciant annum felicem gregi eſſe, in quo maiores natu tempeſtiue libidine incitantur illum uero infelicem in quo minores.

Sola anguilla inter genus ſanguineum / generatur ſine coitu & ſine ouis.

Singulis ouilibus ſinguli duces conſtituunt, qui quotiens ſuo nomine a paſtore uocantur antecedunt.

Turdus facit nidũ ut hyrũdo ex luto in excelſis arboribus.

Vita palũbium exiſtimatur durare uſq; ad quadraginta annos, perdicum uero ſexdecim.

¶ Septimi libri de animalibus.

Animalia omnia naſcuntur cum dentibus excepto homine qui incipit dentire ſeptimo menſe.

Homo poteſt naſci decimo & undecimo menſe.

Incipientibus uenerem uox tranſit in ſonum uirilem, abſtinentibus uero econtrario.

Mulieres iuniores facilius concipiunt ſed in puerperio uehementius laborant.

Mares plurimi ad ſexageſimum generant, quem ſi exceſſerint ad ſeptuageſimum uſq; procedunt.

Nullum animal in partu patitur tam uehementiſſimos dolores ſicut mulier.

Omne aĩal pgnans recuſat coitũ exceptis, muliere & equa.

Si mulier pregnans immodice utatur ſale parit fetum ſine unguibus.

Vir generat ante ter ſeptimum annum, ſed debile & imperfectum.

Vtplurimum menſtrua deſinunt mulieribus circa quadrageſimũ annũ, & illis que exceſſerint tale tempus ſeruan

tur uſq; ad ſexageſimum/& nonnulle illo tempore pepe‑
runt,ſed ultra non poſſunt protrahere.

¶Octaui libri de animalibus.

Animalia habentia dentes ſerratos bibunt lambendo / ha‑
bentia uero continuos bibunt ſorbendo.
Animalia diſcedentia de locis frigidis ſunt pinguiora quã
que diſcedunt de calidis.
Auſter uentus eſt humidus & grauis.
Circa duo uerſatur uita & omne ſtudiũ animalium, in pro‑
creando & alendo.
Canes moriuntur ex rabie/& que morſa ſunt ab eiſdem ra‑
bidis excepto homine.
Glandes comeſte ſole a ſuibus generant carnẽ humidam, &
ſi copioſe grauidis dentur abortum faciunt.
Homines habitantes in montibus fortiores ſuut habitanti‑
bus in planitie.
Leones ac lupi guloſe comedunt & ſine maſticatione, & tan
tum comedunt in una die quod ſufficit per tres dies.
Lupi cum exuriunt & non habent carnes comedunt quan‑
dam terram que eis eſt cibus & non comedũt herbas niſi
quando morbo laborant.
Oĩa animalia morſa a cane rabido rabiũt excepto homine.
Purpura eadem die moritur qua aquam amnis fluentis in
mare guſtauerit.
Si animal reſpirans claudatur in exiguo aere moritur cito.
Turtures eſtate ſolum uidentur,hyeme autem ſe condunt.
Vrſus cũ pugnat contra taurum ſternit ſe reſupinum dũq;
taurus ipſum ferire conatur ipſe ſuis brachijs cornua am
plectitur & taurum morſibus ferit.
Vacce diligunt bibere aquam claram,equi uero turbidam.

¶Noni libri de animalibus.

Apes omnes cum aliqua illarum in alueo moritur cadauer
foras educunt.
Apes tempore matutino ſilent, donec una earum gemino
aut triplici bombo omnes excitet.
Apes habent regem qui non exit alueolum niſi cum omni‑
bus apibus.
Ceruus eijcit cornua ſua ubi difficile eſt ea inueñiri unde ſor‑
titur prouerbium,uade ubi ceruus depoſuit cornua.

Cerui ſibillo & cantu uenantium capiuntur illa enim uoluptate eliciuntur,unus uenantium palam cantat aut ſibillat/alter uero clam a tergo ipſum ferit.

Elephãtus eſt placidiſſimus & mitiſſimus oĩum ferarum.

Eiectis cornibus/ceruus in die latet,& nocte ad paſcua uadit,ut uacet tedio muſcarum.

Femine omnes ſunt minus animoſe quam mares preter urſam & pantheram.

Grues inter ſe uehementer dimicant/ita ut pugnantes capiantur & potius patiuntur expectare hominem quam pugnam relinquere.

Grues rectorem habent qui ceteris dormientibus excubat capite eleuato,& quod ſentit uoce ſignificat.

Ligurini ſunt ignobiles & uita & calore,ſed ualent uocis amenitate.

Muſtella cũ eſt dimicatura cum ſerpente comedit rutam.

Mortuo delphino multi concurrunt & ipſum in profundo ſepeliunt ne ab alijs comedatur.

Mulier melioris eſt pietatis q̃ uir/ſed maioris inuidie & malitioſior eſt uiro,& facilis decipi.

Perdix parit oua decem & nõ pauciora,& ſepius ſexdecim.

¶ Decimi libri de animalibus.

Corpus eſt factũ ꝓpter animã & non anima ꝓpter corpus.

Forma eſt magis principium rei quam materia.

Generatio eſt gratia ſubſtantie,& non ſubſtantia eſt gratia generationis.

Homo mortuus q̃q̃ habeat eandem formam figure,tamen non eſt homo.

Membra non oriuntur ſine ordine,ſed primum hoc deinde illud.

Scientie ſibi uendicant preſtantiam.

Tempore ſocratis omne ſtudium philoſophie tranſlatum erat ad uirtutem utilem & ciuilem uſum.

Tunc coniunctum definit eſſe animal quãprimum anima diſceſſit a corpore.

¶ Vndecimi libri de animalibus.

Alimentũ ultimũ animalibus ſanguineis eſt ſanguis.

Animalia ueſcentia carnẽ habent duriora oſſa quã non ueſcentia carnẽ,& plus animal maſculũ quam femininũ.

Animalia habentia corpus piloſum carent cauda, ut patet in urſis.
Compoſitio eſt triplex/prima eſt ex uirtutibus ellementorum. Secunda ex partibus homogeneis. Tertia ex partibus etherogeneis
Cupiditas rei eſt ualde ſuauis
Homo in proportione ſui corporis habet cerebrum maximum omnium animalium, & inter homines maſculus.
Homo inter animalia habet caput maxime piloſum.
Lingua eſt propter ſapores percipiendos & litteras exprimendas.
Mixta non componuntur ex elementis ſed ex uirtutibus elementorum
Omnia animalia continent cerebrũ in parte priori capitis.
Pars poſterior capitis caret cerebro.
Viſus obtinet naturam aque.

¶ Duodecimi libri de animalibus.

Animalia carentia pulmone carent collo.
Animal magni cordis naturaliter eſt pauidum parui uero eſt audentius.
Cor eſt corpus cauũ & ſpiſſum, cauum ut contineat ſanguinem ſpiſſum ut poſſit ſeruare principium caloris.
Femine ceruorum non habent dentes ſuperiores nec cornua.
Homo habet dentes ſuperiores acutos ut ſecent, maxillares uero latos ut molant.
In homine cor declinat ad ſiniſtram partem in alijs uero animalibus exiſtit in medio.
Natura conſtituit rem nobiliorem in locum nobiliorem, ut cor in medio.
Omne aĩal cornutũ caret dẽtibus in ſuperiori mandibula.
Sanguis eſt calidus & humidus.

¶ Tertijdecimi libri de animalibus.

Animalibus propter timorẽ accidit effuſio uẽtris & urine.
Cauſa uentris eſt propter cibum ut digeratur.
Delphin non habet fel nec cor.
Fellis carentia eſt cauſa boni caloris.
Modica alteratio in membro principali facit multam in membro principali.
Operatio manuum eſt recipere & retinere/pedum uero ſub

ſtentare & fugere.

Quadrupedia nata ſtatim ſe erigunt, homo uero non propter pondus capitis.

Vigor policis eſt equalis uigori quatuor digitorum.

Virga uirilis inter omnia alia membra creſcit & diminuitur ſine ſui leſione.

℄Quartidecimi libri de animalibus.

Corpus caſtratorum nō ſolum exterminatur ſed etiam animus ut parum differant a feminis.

Femina non generat ꝑ ſe quia indiget pricipio motus quod eſt mas.

Homines naturaliter ualde pingues parum generant.

Infinitum natura reſpuit.

In prima etate & in ſeniori & in infirmis non eſt ſperma.

Mulier eſt conueniens generationi ſecundū naturam menſtrui & non ſpermatis.

Mas eſt principium motus in generatione, femina uero eſt ſicut materia.

Mas eſt illud quod poteſt generare in alio, femina uero que generat ab alio.

℄Quintidecimi de animalibus.

Anima eſt nobilior corpore, animatum inanimato uiuum mortuo, & ens non ente.

Anima eſt forma ſubſtantialis corporis.

Calidum & humidum ſunt cauſe uite.

Calor animalis non eſt ignis nec igneus.

Corpus animalium eſt ex femina, anima uero ex mare.

Caput in generatione creatur poſt generationem cordis.

Embrio primo uiuit uita plante, poſtea uita animalis / poſtea uita hominis.

Genus mulorum eſt totum ſterile.

Mula non generat quia non poteſt cibare fetum quouſq; compleatur.

Natura eſt ſicut rectificator & rector.

Poſſibile eſt ut mula impregnetur, ſed raro eſt uiſum.

Solus intellectus inerat nos ab extrinſeco, & hic ſolus diuinus eſt.

℄Sextidecimi libri de animalibus.

Auis parui cordis eſt multi coitus / & multorum ouorum /

quia cibus tranſit inſperma.
Arbores que multum fructificant cito deſiccantur quia nutrimentum tranſit in ſemen.
Conſuetū eſt feminas ſolicitas eſſe circa filios & non mares.
Omne quod fit a natura fit ſecundum ordinem.
Oua non conueniunt conceptui ſine ſemine maris.
Primum membrum generatnm eſt cor.
Principium generationis pulli eſt ex albumine.

¶ Decimiſeptimi libri de animalibus.

Animalia magni corporis unum generant filium, parui autem multos.
Cibus animalium debet eſſe dulce & ualde digeſtum.
Cum ſperma unite diffunditur generatur unus fetus cum uero diuiſe, plures.
Femina naturaliter eſt contraria mari.
Femina debilior eſt mari.
In hoībus citius formantur mares in uentre quam femine.
Mulier & equa ſuper oēs feminas maxime diligunt coitū.
Menſtruum mulieris magis accidit in diminutione lune.
Natura dat ſimul operationem & inſtrumentum.
Quod eſt modicum cito digeritur.
Sol facit eſtatem & hyemem omni anno.

¶ Decimioctaui libri de animalibus.

Aīalia comedentia multos cibos diuerſificantur in colore.
Bonitas ſenſus eſt dupliciter uel in remote ſentiendo uel in diſcerendo differentias ſenſibilium.
Coitus infrigidat.
Cerebrum eſt frigidius toto corpore.
Digeſtio fit ex calore.
Homo ſolus caluefcit, & in parte anteriori capitis.
Homo habet pilos diuerſi coloris acute/animalia uero alia non ſed eiuſdem.
Non fluunt folia ab arboribus, in quibus eſt humor pinguis.
Oculus prominens non bene uidet a remotis, ſed bene profundus.
Puberes plus delectantur in coitu q̄ alie etates, & quanto plus aſueſcunt tanto plus appetunt.
Pili decaluati non redeunt /folia uero arboribus & plume auibus redeunt, quia caluities eorum eſt propter mu-

tatione m tempoꝝ quorum reditus eſt circularis.

¶Finis libri Animalium.

LIBRI DVODECIM METAPHISICE.

¶Libri primi Metaphiſice.

Actus & operationes oẽs ſunt circa ſingularia. in prolo.
Artifex ſapientior eſt experto. in prolo.
Conueniens eſt quãlibet artem inuenientem ultra cõmu‐nes ſenſus ab omnibus admirari non ſolum propter ali‐quam inuentorum utilitatẽ, ſed tanquã ſapientem & ab alijs differentem. in prolo.
Deus eſt cauſa omnibus. in prolo.
Diuinum ens non inuidet. in prolo.
Experientia artem fecit, in experiẽtia uero caſum. in prolo.
Ex multis experimentis generatur ars. in prolo.
Finis eſt bonũ uniuſcuiuſq; rei & optimũ ĩ oĩ natura. in prol.
Hominum genus arte & rationibus uiuit. in prolo.
Hi ſoli docent qui cauſas de ſingulis dicunt. in prolo.
Homo dr̃ liber. qui ſui ipſius & nõ alterius gratia eſt. in prol.
Nulla ſcia melior & honorabilior eſt metaphiſica, tũ qa de deo eſt/ tum qa hãc ſolus deus habet/ iõ dea eſt ſcientiaꝝ neceſſariores enĩ oẽs alie ſunt, ſed dignior nulla. in prolo.
Omnes homines natura ſcire deſiderant. in prolo.
Propter admirari, homines nunc & primo ceperunt philo‐ſophari. in prolo.
Philomites eſt aliqualiter philoſophus, fabula enim ex mi‐ris conſtituitur. in prolo.
Que ſunt maxime uniuerſalia difficilia ſunt nobis ad cogno‐ſcendum, eo ꝙ a ſenſu ſunt remotiſſima. in prolo.
Quid dubitat & admiratur, ignorare uidetur. in prolo.
Senſus uiſus multaꝝ rerum drĩas nobis oſtendit. in prolo.
Signum ſciens eſt poſſe docere. in prolo.
Sapientia eſt ſcientia primarum cauſaꝝ. in prolo.
Sapientem ordinare, & non ordinari oportet. in prolo.
Sola metaphiſica eſt ſcientia libera. in prolo.
Secundum ſermonidã ſolus deus hunc habet honorem ſci‐licet metaphiſicam. in prolo.
Secundũ prouerbia, multa mentiuntur poete. in prolo.

¶Cōmentatoris in primo Metaphiſice.

Celum ſemper eſt in preſenti, preterito & futuro. col.xxij.
Indiuiduum non generatur eſſentialiter niſi ab indiuiduo eiuſdem ſpeciei. col.xxxij.
Materia prima nullā habet formā omnino, nec uniuerſalē nec particularē/ſed prīo recipit formā uniuerſalē & mediante illa alias formas uſq; ad indiuiduales. col.xvij.
Materia prima eſt una in numero ſm q eſt ſubiectū formarum indiuidualium, & eſt multa ſm formas. col.xvij.
Quantitas dicitur equiuoce de linea ſuperficie & numero horum & ſuperiorum. col.xlvj.
Tres ſunt ſpecies numerorū, numerus mathematicus / qui non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum. Et eſt numerus formalis qui diuerſatur per numerationē entium. Et tertio eſt numerus / cuius numerus formalis eſt forma, & ſunt ſenſibilia. col.xxxviij.
Vniuerſale nō habet eſſe niſi ſm q eſt in anima. col.xxvij.

¶Secundi libri Methaphiſice.

Appellari philoſophiā ſcietiā ueritatis recte ſe habet. te.iij.
Auditiones contingūt entib' ſm conſuetudinē. tex.xiiij.
Abſurdū eſt ſimul querere ſcientiā & modū ſciendi. tex.xv.
Cauſa alicuius ſemper facit qui intellectum habet. tex.ix.
Conſuetum ſemper eſt notius. tex.xiiij.
Dupliciter aliquid fit ex alio/uno modo ſicut uir ex puero & ex aurora dies ideſt poſt utrunq; fit aliud, alio modo ſicut ex aere aqua. tex.vij.
Finis ſcie ſpeculatiue eſt ueritas, practice uero opus. tex.iij.
Generatio unius eſt corruptio alterius, & econtra. tex.vij.
Generatio eſt medium inter eſſe & non eſſe. tex.vij.
Illud quod eſt cā ut alia ſint uera, eſt ueriſſimum. tex.iiij.
In nullo genere cauſarū contingit ire in infinitum. tex.v.
In oī eo quod mouetur oportet intelligi materiā. tex.xij.
Impoſſibile eſt primum ſempiternum corrumpi .ſ. materiā primam. tex.vij.
Non ſolū gratiā his dicere iuſtum eſt, quorum opinionibus aliquis cōmunicauerit, ſed etiam his qui ſuperficialiter aliquid enunciauerunt, hi .n. aliquid conferunt, habitum enim noſtrum pre exercitati ſunt. tex.ij.
Nullus conabitur facere aliquid non faturus ad terminum

uenire. tex.viij.
Prius eſt cauſa eſſe eorum que ſunt poſt. tex.vj.
Quicqd eſt cã alioꝝ ut ſint talia, illud eſt maxĩe tale utputa ignis calidiſſimus eſt qa ꝓpter eũ alia ſunt calida. tex.iiij.
Qui infinitũ ponunt, latẽter naturã boni auferũt. tex.viij.
Quantam uim habeat quod conſuetum eſt leges oſtendunt in quibus fabularia & puerilia magis ualent cognitiõe de eis propter conſuetudinem. tex.xiiij.
Sicut ſe hẽt oculus nocticoracis ad lumen ſolis / ſic ſe habet intellectus nr̃ ad ea q̃ ſunt manifeſtiſſima in natura. tex.j.
Sicut conſueuimus ita dignamur dici. tex.xiiij.
Tunc ſcire putamus cũ ipſas cauſas nouerimus. tex.xiij.
Verum neſcimus ſine cauſa. tex.iiij.
Vnũquodq; ſicut ſe habet ad eẽ / ita ſe hẽt ad ueritatẽ. te.iiij.

¶ Commentatorijs in eodem.

Ars logica quedam eſt uniuerſalis omnibus ſcientijs, & quedam eſt propria unicuiq; ſcientie. col.xv.
Conſuetudo in pueritia in rebus legis eſt fortiſſimum impedimentum in cognoſcendam ueritatem. col.xiiij.
Demonſtrationes mathematice ſunt in primo ordine certitudinis / & naturales ſequuntur eas. col.xvj.
Nihil eſt ocioſum in natura. col.j.
Nos facimus abſtracta eſſe intellecta. col.j.
Nullus poteſt per ſe inuenire ſpeculatiuas artes uel practicas in maiori parte / quia non complentur niſi per iuuamentum prioris ad ſequentem, & ſi prior nonfuiſſet nec & ſubſequens eſſet. col.ij.
Principia ſe habent in ſcientia / ſicut locus ianue quem nullus ignorat. col.j.
Prima cã eſt magis digna in eſſe, & in ueritate quã oĩa alia entia / quia oĩa acquirunt eſſe & ueritatẽ ab eã. col.iiij.
Principiũ non intelligitur niſi in re que habet finem & quod habet finem neceſſario habet & principium. col.vij.
Qui deſtruit finem deſtruit oẽ bonũ, & nihil percipit, nihil enim dicitur eſſe bonũ, niſi per cauſas finales. col.viij.
Quũ Ar. aſſimilat intellectũ oculo nocticoracis in cognitione / non innuit impoſſibilitatẽ ſed difficultatem. col.j.
Scientia alicuius non fit niſi quando peruenitur ad ſpeciem poſtremam. col.xj.

Veritas cōprehēſio nō eſt īpoſſibilis in multis rebus. col.j.

¶Tertij Libri Metaphiſice.

Aeterna non indigent cibo. tex xv.
Corruptibiliū & icorruptibiliū nō ſunt eadē pricipia. te xv.
Dubitatorū ſolutio eſt ueritatis inquiſitio. tex.j.
Diffinitionū principia ſunt genara. tex.x.
De fabuloſe ſophiſticantibus non eſt dignum cum ſtudio intendere. tex.xv.
Finis & bonum idē ſunt. tex.iij.
Ignorātis uinculū nō eſt ſoluere/ſed mētis dubitatio. tex j.
In mathematicis non eſt finis neq; mouens. tex.iij.
Impoſſibile eſt omniū eſſe demonſtrationē. tex.iiij.
Magis dicimus illū ſcire rem, qui ſcit eam affirmatiue q̄ qui ſcit eandem negatiue. tex.iij.
Non contingit ponere domū preter hanc uel illā. tex.xij.
Omnes utuntur dignitatibus demonſtratiue. tex.iiij.
Omnia corrumpuntur in ea ex quibus ſunt. tex.xv.
Punctus, linea/& ſuperficies, poſſunt eſſe ſine corpore & nō econtra. tex.xvij.
Philoſophi antiqui deos faciebant principia entium, & dicebant illa eſſe immortalia que guſtauerūt nectar & mannā, illa uero mortalia que non guſtauere. tex.xv.
Vnū numero & ſingulare, idē ſunt & nihil differūt. tex.xiiij.

¶Commentatoris in eodem.

Differentie licet non poſſint numerari a nobis, non tamen dubitamus eas eſſe finitas apud naturam. col.ij.
Finis eſt melior omnibus cauſis / quia alie cauſe ſunt propter illam. col.iij.
Qui neſcit quantū querit/neſcit quando inuenerit eū. col.j.
Species ultima eſt prior omnibus ſuperioribus, quantū ad indiuiſibilitatē. col.ij.
Species eſt perfectio generis. col.ij.
Vnū numero eſt ſynonimū cum particulari. col.xiiij.

¶Quarti libri Metaphiſice.

Accidentis non eſt accidens niſi inquantum ambo accidunt tertio. tex.xiiij.
Aliquid eſt quod ſemper mouet que mouētur/& ipſum primū mouens eſt & imobile. tex.xxix.
Circa idem genus uerſantur / dyalecticus, metaphiſicus &

ſophiſta. tex.v.
Demonſtrationis principiũ nõ eſt demonſtratio. tex.xxvj.
Ens dř multipliciter,nõ equiuoce/ſed analogice. tex.ij.
Ens & unum idem & una natura,& conuertuntur & ſe conſequuntur,ſicut principium & cauſa, ſed non ut una ratione oſtenſa. tex.iij.
Eiuſdem ſcientie eſt oppoſita conſiderare. tex.iiij.
Idem eſt homo & unus homo/quia non ſeparantur in generatione uel corruptione. tex.uj.
Ineruditio eſt non cognoſcere/quorum oportet querere demonſtrationem/& quorum non oportet. tex ix.
Negatio differt a priuatione,quia negatio eſt remotio alicuius ſimpliciter, priuatio uero negatio alicuius in ſubiecto apto nato. tex.iiij.
Non omne quod apparet uerum eſt. tex.xxiiij.
Neceſſarium non contingit aliter ſe habere. tex.xxv.
Neceſſe eſt alterã partẽ cõtradictionis eſſe ueram. tex.xxix.
Omne mouens natura eſt prius moto. tex xxv.
Philoſophia prima conſiderat ens inquantũ ens,& principia & paſſiones entis inquantum ens. tex.j.
Primũ principiũ in aliqua ſciẽtia debet eſſe firmiſſimum in illa & notiſſimũ & non põt mentiri circa ipſum. tex.viij.
Prima dignitas eſt de quolibet dicitur alterum contradictorium/& de nullo horum ambo ſimul. tex.ix.
Qui negat loquelam petit loquelam. tex.x.
Qui unum non intelligit,nihil intelligit. tex.x.
Quod non ſignificat unum nihil ſignificat. tex.x.
Subſtantia eſt primũ ens/ex quo oĩa alia dependent. tex.ij.
Sicut numeri, inquantum numeri ſunt paſſiones, ita entis inquantum ens. tex.v.
Tot ſunt ſpecies unius quot & entis. tex.iij.

¶ Commentatoris in eodem.

Auicenna miſcuit ſcientiã ſuam diuinam cũ lege. col.iij.
Attributio accidentis ſubſtãtie eſt eſſentialis,attributio uero accidentis accidenti/non eſt eſſentialis. col.xiiij.
Ens non eſt uniuocum nec equiuocum, ſed eſt medium inter illa. col.ij.
Exercitiũ dicitur ſanũ eo quod conſeruat ſanitatẽ. col.ij.
Hoc nomen unum ſignificat ex eo negationem, & eſt pri

uatio diuiſibilitatis. col.iij.
Logicus ſcit illud quod ſcit philoſophus, ſed unus eorum ſcit demonſtratiue & alius probabiliter, ſophiſta autem nullam habet ſcientiam, ſed tantum facit ſe exiſtimare ſcientem, & non eſt. col.v.
Omnes hoies non decipiuntur/niſi in eo ꝙ neſciunt, aut in eo cuius cognitio non eſt ualde manifeſta. col.viij.
Primũ ens conſideratum in methaphiſica eſt illud quod eſt prius eſſe nobilitate & cauſalitate. col.vij.
Qui negauerit primum principium/impoſſibile eſt eũ philoſophari. col.ix.
Res nõ eſt una per rem additam ſue eſſentie, ſed eſt una per ſuum eſſe per quod eſt ens. col.iij.
Sophiſta intendit ſe uideri philoſophum ut acquirat gloriã aut aliquid gratiarum humanarum, philoſophus autem tantum ſcire uerum. col.v.
Sillogiſmus eſt unum entium de quibus conſiderat philoſophus. col.viij.
Senſibile non eſt relatiuum niſi ad ſenſum, & ſi ſenſus non fuerit non erunt ſenſibilia. col.xxv.
Terminus eſt ſolum illius quod eſt in actu. col.xv.

¶ Quinti libri Methaphiſice.

Aqua eſt materia omnium liquefactibilium. tex.v.
Cauſa & effectus ſimul ſunt & non ſunt. tex.iij.
Continuum eſt cuius motus eſt unus. tex.viij.
Demonia ſunt ſubſtantie. tex.xv.
Eadem numero ſunt/quorum materia eſt una, & eadem ſpecie/quorum ratio eſt una. tex.xij.
Ens per ſe dicitur dupliciter, uno modo quod diuiditur in decem predicamenta, alio modo quod ſignificat ueritatẽ uniuſcuiuſqꝫ rei uel propoſitionis. tex.xiiij.
Ens per accidens dicitur tripliciter, uno modo quando accidens predicatur de ſubiecto ut homo eſt albus, alio modo quando ſubiectum de accidente ut album eſt homo. Tertio modo quando accidens predicatur de accidente ut album eſt muſicum. tex.xiij.
Finis eſt optimum rei. tex.iij.
Mors methaphorice dicitur finis. tex.xxj.
Prius eſt quod primo principio eſt propinquius. tex.xvj.

Prius eſt accidens q̄ ipſum totū, ut muſicū prius eſt q̄ homo muſicus, & hoc ſecundum rationem. tex.xvj.
Perfectum eſt cui nihil deeſt, & eſt duplex.ſ.ſimpliciter extra quod nihil eſt/& perfectum in genere. tex.xxj.
Punctus eſt unitas poſitionē habens. tex.xij.
Quod habet differentiā habet etiā genus, ſed quod habet genus non habet differentiā omnino. tex.iiij.
Quattuor ſunt cauſe, materia/forma, efficiēs, & finis. tex.ij.
Quantum eſt quod eſt diuiſibile in partes que inſunt, quarū unaqueq; eſt hoc aliquid. tex.xviij.
Totū quidditatiuū ſecūdū generationē eſt prius partibus & ptes ſunt priores toto ſecundū corruptionē. tex.xvj.
Vnum in ſubſtantia facit idem, in quātitate & equale, in qualitate uero ſimile. tex.xx.
Vnum eſt principiū numeri & metrum. tex.xx.

℄ Cōmentatoris in eodem.

Aqua eſt materia remota, plumbi/cupri, & ferri. co.xxix.
Agens malum ſponte eſt peius agēte malū uim. co.xxxiiij.
Accidēs prio ſignificat formā/& ſecūdo ſubiectū co.xiiij.
Diuerſitas opinionū eſt cauſa litis. co.j.
Diffinitio eſt finis cū cognitione, & eſt finis ineſſe. co.xxij.
Homo nō ciuilis neq; dicitur bonus neq; malus. co.xxvij.
Habere dignius dicitur de reſpectu continentis ad contentum q̄ econtra. co.xxviij.
Homines magis denominantur a primo patre quā a prima matre co.xxxiij.
In ſuperficie primo & per ſe exiſtit color, in corpore uero ſecundario. co.xxiij.
Lapis quieſcēs priuatur motu uiolēto ad inferius. co.xxvij.
Que alterātur ad inuicē habēt eandē materiā, & que alterantur ad idem habent illud idē pro materia. co.xxxiij.

℄ Sexti libri Metaphiſice.

Accidens uidetur eſſe propinquum non enti. tex.iiij.
Bonū & malū ſunt in rebus/uerū & falſum in aīa. tex.viij.
De ente per accidens non eſt ſpeculatio. tex.iiij.
Entiū quedā ſunt ſemper, quedā frequenter, & quedā raro, & hec ſunt entia per accidēs & caſualia & fortuita. tex.v.
Mathematica conſiderat res cōiunctas ſm eſſe & ſperatas ſecundū rationē a materia, metaphiſica abſtractas utroq;

modo, phiſica uero coniunctas utroque modo. tex.ij.
Naturalis ſcientia non eſt practica ſed ſpeculatiua. tex.jr
Omnis ſcia uel eſt actiua uel factiua uel theorica. tex.j.
Rationes ſophiſtice ſunt circa accidens. tex iiij.
Subſtantia & eſſe rei non poteſt cognoſci per demonſtratio nem. tex.j.
Simum eſt naſus concauus. tex.ij.
Si omnis ſubſtantia eſt mobilis phiſica eſt philoſophia prima ſed ſi aliqua eſt imobilis metaphiſica eſt prima philoſophia. tex.iij.

¶ Cōmentatoris in eodem.

Coquus facit ferculū delectabile / medicus uero utile. co.v.
Corruptio fit de neceſſitate materie, gn̄atio uero nō. co.vij.
Diuina ſunt in quorum diffinitione accipitur deus. co.ij.
Illud quod eſt per accidens ſcitur quando accidit, & non per manenter. co.vj.
Licet omnes ſcientie nobiles ſint, tamen diuina eſt nobilior quia eius ſubiectum eſt nobilius. co.ij.
Naturalia ſunt in quorum diffinitiōe accipitur materia. co.ij.
Phiſica eſt prior metaphiſica quo ad ordinē addiſcēdi. co.iij.
Res exiſtētes eſſentialiter ſunt ille q̄ habent aliquā ſpeciem, in quarum diuiduis exiſtet generatio & corruptio. co.iiij.
Scientia non eſt permanens in ſcito niſi per cauſam. co.vj.
Volūtaria ſunt in quorum diffinitione accipitur uolūtas. co.ij.

¶ Septimi libri metaphiſice.

Accidentia non ſunt entia niſi quia ſunt entis. tex.ij.
Actus ſeparat & diſtinguit. tex.xlix.
Concauitas & ſimitas ſunt in naſo ſecundū ſe & non ſecundum accidens. tex.xvij.
Diſciplina fit per magis nota nobis. tex.x.
Diffinitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei per eſſentialia. tex.xix.
Diffinitio accidentium datur per additamenta tex.xix.
Diffinitio ſimpliciter eſt ipſius ſubſtantie, ſecundū quid autem ipſius accidentis. tex.xvj.
Diffinitio eſt ſermo habens partes. tex.xxxiij.
Ex duobus entibus in actu non fit tertium. tex.xlix.
Generās & generatū ſunt uniuoca & cōueniūt ī ſpecie. t.xxx.
In entib' per ſe idē eſt quidditas & habens qdditatē. tex.xx.

Illa q̃ ſunt cognita apud nos in reſpectu eorũ que ſunt cogni ta apud naturã/ſunt parue & pauce cognitionis. tex.x.
Materia de ſe non eſt quid,nec quale. nec quantũ,nec aliqđ eorum quibus ens eſt determinatum. tex.viij.
Materia eſt qua res poteſt eſſe uel non eſſe. tex.xxij.
Materia ſecundum ſe eſt ignota. tex.xxxv.
Manus nõ ſemper eſt pars hominis niſi quãdo poteſt opus manus perficere. tex.xxxviij.
Materia non fit,nec forma ſed totũ compoſitum tex.xvij.
Natura humana non eſt niſi in his carnibus & in his oſſibus. tex.xxxvij.
Nihil aliud oportet eſſe in diffinitione,quam genus & differentia. tex xliij.
Omne accidens concretũ duo ſignificat formã/ſcilicet accidentalem,& ſubiectum eius. tex.xxj.
Oia que fiunt,fiũt a natura/uel ab arte,uel a caſu. tex xxij.
Quantitas non eſt ſubſtantia. tex.xviij.
Subſtantia eſt prior accidente diffinitione/ cognitione,& tempore. tex.iiij.
Subſtantia dicitur quattuor modis,primo de quiditate rei, ſecundo de uniuerſali predicabili in quid,tertio de genere propinquo/quarto de indiuiduo ſubſtantie. tex.vij.
Singularium non eſt ſcientia neq; diffinitio / quia in eis eſt aliquid quo poſſunt eſſe & non eſſe. tex.liij.
Spma facit ad generationẽ ſicut ars ad artificialia.tex.xxxj.
Vniuerſale eſt quod pluribus natum eſt ineſſe. tex.xlv.
Vniuerſalia non ſunt ſeparata a ſingularibus ſecundum eſſe. tex.lvij.

¶Commentatoris in eodem.

Actio materie eſt eius tranſmutatio. co ix.
Accidens ut eſt in ſubiecto non idem eſt in ſubiecto,ſed ut eſt paſſio eius eſt ſibi idem. co xxj.
Cauſa multiplicatiõis indiuiduoꝝ ab uno generãte eſt multiplicatio materieꝝ in ptes in quas agẽs agit. co.xxviij.
Concauitas non eſt paſſio exiſtens in naſo per accidens/ſed per ſe. co.xvij.
Forme conueniunt cum accidentibus in hoc q́ utraq; ſeparantur a materia, ipſa remanente / & propter hoc plures putarunt formas eſſe accidentia. co.viij.

Forma non eſt elementum neq; ex elementis, ſed eſt ſubſtantia elementis addita. co.lx.

Indiuiduū ſubſtantie eſt prius indiuiduo accidentis. co.ij.

Illa ex quibus peruenitur in cognitionem eſſentie reꝝ ignorate ſunt actiones earum proprie. co.ix.

Impoſſibile ē q̄ forme ſepate trāſmutēt materiā. co.xxviij.

Logicus conſiderat diffinitionē inquantū eſt inſtrumentum ducens intellectū ad intelligere quidditates reꝝ, philoſophus uero ut ſignificat naturas earū. co.xlij.

Materia ē ſubſtantia ſecundū q̄ ſubſtat forme & forma eſt ſubſtantia ſecundū q̄ conſtituit, compoſitū eſt ſubſtantia ſecundū q̄ componitur ex eis. co.vij.

Materia non cognoſcitur per ſe ſed per formā. co.xxxv.

Mulus generatur a natura ſibi ſimili, & eſt natura cōmunis equo & aſino. co.xxviij.

Naturalis conſiderat materiam inquantum eſt principium tranſmutationis, philoſophus uero ut eſt ſubſtantia in potentia. co.ix.

Nulla ſpecies inuenitur fieri a caſu. co.xxij.

Nihil tranſmutat materiā niſi ſit in materia. co.xxviij.

Non eſt inconueniens quod aliquid exiſtens in predicamento qualitatis/accipiatur in diffinitiōe eius quod eſt in predicamento ſubſtantie. co.xlj.

Naſus ſimus eſt unum eſſentialiter. co.xlj.

Omnes antiqui conueniunt in materia ſecundū genus tantum/& non ſimpliciter. co.ix.

Omne generatum generatione non ceſſabili, generatur a ſuo ſimili. co.xxviij.

Propoſitiones dialectice ſunt entis ſimpliciter. co.ij.

Predicabilia primi modi ſunt tria, genus differentia, & diffinitio, que componitur ex eis. co.xj.

Proprium eſt ſubſtantie inter omnia predicamenta, ut ante ſubſtantiam generatam ſit alia ſubſtantia agens, ſibi ſimilis, ſed non eſt neceſſe ut ante qualitatem ſit alia qualitas agens ſed eſt aliud ante qualitatem quod eſt potentia quale.ſ. materia. co.xxxij.

Qui dicit accidentia habere diffinitiones, dicit ea habere magis q̄ habent, co.xv.

Qui neſcit rem nullum nomen imponit ei. co.liiij.

Subſtantia indiuiduā & demonſtrata non eſt una niſi per formam. co.v.
Scire indiuiduū ſubſtantie per ſua uniuerſalia eſt perfectius q̃ ſcire eum per uniuerſalia accidentium. co.iiij.
Si aliqua forma aut aliqua priuatio eēt eſſentialiter in materia, ipſa non reciperet omnes formas. co.viij.
Singularia non ſciuntur niſi dum ſunt in ſenſu. co.liij.
Simitas eſt in naſo de accidentibus eſſentialibus. co.xvij.
Totum eſt prius parte prioritate forme ad materiā & pars eſt prior toto prioritate materie ad formā. co.xxxv.

¶Octaui libri Metaphiſice.

Forma ſerenitatis eſt quies. tex.vj.
Forme & diffinitiones ſunt ſicut numeri, quia ſicut in numero addita uel ablata unitate non manet eadem ſpecies numeri, ſed alia & alia; ſic ablato uel addito aliquo in diffinitione ſpeciei & forme rerum non manet eadem res, ſed uariatur. tex.x.
Forme quedā non habent materiā, uel ſi habent non habent talem qualē habent generabilia & corruptibilia, ſed ſolū mobilem ſecundū locum. tex.xij.
Materia flegmatis eſt cibus unctuoſus & dulcis colere uero amarus & acutus. tex.xj.
Non omnium eſt materia, ſed quorū eſt generatio & tranſmutatio adinuicem/quia quecūq; tranſmutari non poſſunt non habent materiā. tex.xiiij.
Omnes ſubſtantie ſenſibiles habent materiā tex.iij.
Prandium differt a cena ſecundum diuerſitatem temporis tantum. tex.v.
Quecunq; tranſmutantur adinuicem ad materiam oportet redire. tex.xiiij.
Si agens fuerit diuerſum/& materia diuerſa, etiam compoſitum erit diuerſum. tex.xij.

¶Cōmentatoris in eodem.

Actio forme ignis que ſequitur ipſam formā eſt calor maximus, & motus eius ad ſuperius. co.v.
Archita tarenthinus fuit homo qui ſciuit extrahere diffinitiones compoſitas ex materijs & formis. co.vj.
Cum aufertur riſibilitas aufertur homo, ſed nō primo, ſed mediante ablatione rationalitatis. co.v.

Calor in igne eſt ſicut abſciſio in cultello. co.v.
Cũ materia fuerit una, & motor fuerit unus de neceſſitate generatũ erit unum, ſicut ſi materia fuerit diuerſa & ipſe motor diuerſus generata erũt diuerſa/quando aũt materia fuerit una generata poſſunt eſſe diuerſa ꝓpter diuerſitatẽ mouẽtiũ & hoc ſolũ iuenitur in artificialibus. co.xj.
Corpora celeſtia non habent materiã que ſit in potentia ad corruptionẽ, ſed materia eoꝝ eſt ens actu.i. corpus & idõ dignius habet hoc nomẽ ſubiectũ ꝙ materia. co.xij.
Corpora celeſtia ſunt animata per ſe & uiua, & non per animam neqꝫ per uitam. co.xij.
Diffinitio componitur ex materia & forma. co.vj.
Diffinitio perfecta eſt illa que cõſtat ex omnibus partibus ex quibus conſtat compoſitum. co.vj.
Diffinitum eſt ens in actu per ultimam differentiam & alie differentie que ſunt ante ſunt quaſi materia. co.vj.
Eſſe materie eſt eẽ mediũ inter eſſe in actu & nõ eſſe. co.iiij.
Exitus alicuius de potentia ad actũ non largitur ei multitudinem ſed perfectionem. co.xv.
Elementa ſunt eterna ſecundum totum, generabilia autẽ & corruptibilia ſecundũ partem. co.xij.
Forma ſeparatur a materia ſecundum diffinitionem ſed nõ ſecundum eſſe. co.iij.
Forma eſt illud ꝓpter qđ eſt generatio, & nõ materia. co.vj.
In diffinitionibus eorum que ſunt in ſubiecto, eſt materia quaſi differentia & forma quaſi genus / in diffinitionibus uero eorum que ſunt per ſe/genus eſt quaſi materia & differentia quaſi forma. co.vj.
In entibus naturalibus quelibet forma habet materiã propriam. co.xj.
Non eſt neceſſe ꝙ omne habens materiã localẽ habeat materiam generabilem & corruptibilem. co.iiij.
Omne uiuẽs per uitã eſt generabile & corruptibile. co.xij.
Sicut tranſmutatio in ſubſtantia fecit nos ſcire materiã primam eſſe ita tranſmutatio localis fecit nos ſcire corpora celeſtia habere potentias ad ubi. co.xij.
Vie una pars eſt loc⁹, & alia eſt diſpoſitio in loco ꝑ quẽ ictio eſt poſſibilis in ea ad finem intentum. co.vj.

¶ Noni libri metaphiſice.

Actus ſimpliciter precedit potentiam, ſed in indiuiduo potentia precedit actum. tex.xiiij.
Animalia uident non ut uiſum habeant / ſed uiſum habent ut uideant. tex.xv.
Actus melior eſt potentia / in bonis, in malis uero, potentia eſt melior actu. tex.xix.
Circa entia uere in actu non fit deceptio, ſed ignorantia, nõ tamen talis qualis eſt cecitas. tex.xxij.
Duplex eſt potentia actiua & paſſiua, Actiua eſt principium tranſmutandi aliud inquantum aliud. Paſſiua uero principium tranſmutandi ab alio inquantũ aliud. tex.ij.
Falſum & impoſſibile non ſunt idem. tex viij.
In ſempiternis nulla eſt potentia. tex.xvij.
In eternis nõ eſt corruptio, nec malũ nec peccatũ. tex.xix.
Materia cuius eẽ eſt in potentia eſt cã fatigatiõis. tex.xvij.
Malum ſemper ſequitur potentiam. tex xix.
Non eſt timendum ꝙ celum ſtet. tex.xvij.
Potentia rationalis ualet ad oppoſita / irrationalis uero non. tex.iij.
Priuatio uiolenta eſt quando aliquid caret illo quod in natũ eſt habere in tẽpore in quo innatũ eſt habere. tex.iij.

¶ Cõmentatoris in eodem.

Anima non proprie diſponitur per ſcientiã niſi quando fuerit ſciens in actu / & maxime quando fuerit in ſua ultimã perfectione .ſ.quando utitur ſcientia. co.xvj.
Forma ſecundum ꝙ forma nõ patitur a primo tranſmutante eſſentialiter. co.ij.
Fortuna eſt qualitas uite nobilis. co.xvj.
Nihil agit in ſeipſum. co.ij.
Nihil agit actionem ad quam non habet potentiã. co.vij.
Nihil habet potentiã ad corruptionẽ, qn corrũpatur. co.ix.
Omne quod patitur, aut patitur ad peius aut ad corruptionem. co.ij.
Qui negant potentiam negant omnes motus/generationẽ & corruptionem. co.vj.
Q ñ ſenſatũ recedit a ſenſu ſtatim certitudo ſui eẽ mutatur in eſtimationẽ abſq; eo ꝙ in nobis accidat error. co.xxij.
Verum contrarium eſt priuatio. co.iij.

¶ Decimi libri Metaphiſice.

Accidens contingit eſſe & non eſſe. tex.xxvj.
Contraria ſunt que poſita ſub eodẽ genere maxime diſtant, & eidem ſuſceptibili uiciſſim inſunt. tex.xiiij.
Contrarietas ſecundum formam facit diuerſitatem ſpecificam. Contrarietas uero ſecundum materiã facit diuerſitatem numeralem. tex.xxv.
Corruptibile & icorruptibile differũt pluſq̃ genere. te.xxvj.
Femina & uir non differunt ſpecie, ſed ſunt idem. tex.xxv.
In unoquoq; genere eſt dare aliquod quod eſt metrũ & menſura omnium que ſunt in illo genere. tex.ij.
Mẽſura cõuenit quãtitati, & ꝑ ipſam cõuenit alijs. tex.ij.
Menſura debet eſſe homogenea, menſurato. tex.iiij.
Media ſunt in eodem genere cum extremis. tex.xxij.
Materia negatione oſtenditur. tex.xxiiij.
Maſculinũ & femininũ ſunt differẽtia ſexus aĩalis. tex.xxv.
Numerus eſt unitatum pluralitas. tex.iiij.
Numerus eſt multitudo uno menſurabilis. tex.xxj.
Priuatio & habitus radix ſunt contrariorum. tex.xv.
Vnum uni tantum eſt contrarium. tex.xvij.

¶Commentatoris in eodem.

Homo heremita nec ẽ bon⁹ nec mal⁹, ſed ẽ medius. co.xvj.
Indiuiduum artificiale eſt unum per uiolentiam / naturale uero eſt unum per formã ſuam. co.j.
Mẽſurare per minorẽ menſurã ſemper eſt certius. co.iij.
Menſura cuiuſlibet rei eſt ſui generis. co.iiij.
Primũ in genere ſubſtantie eſt primus motor eternus & abſolutus ab omni materia. co.vij.

¶Duodecimi Libri Metaphiſice.

Aſtrorum natura eſt quedã ſubſtantia ſempiterna & mouẽs ſempiternum. tex.xliij.
Aliqualiter coordinata ſunt omnia / ſed nõ ſimpliciter & natatilia & uolatilia & plante. tex.lij.
Deus eſt animal ſempiternum optimũ. tex.xxxix.
Diuiniſſimum & honorabiliſſimum intelligit & non tranſmutatur. tex.lj.
Intellectus mouetur ab intelligibili. tex xxxvij.
Motus non eſt continuus niſi qui ſecundum locum eſt, & huius qui circulariter. tex.xxix.
Materia que una eſt nulli eſt contraria. tex.liij.

Tranſmutationes ſunt quattuor ſecũdum /quid, quantum, quale, & ubi. tex. vij.
Ordo eſt propter ducẽ/dux aũt nõ eſt ꝑpter ordinẽ. tex lij.

¶ Commentatoris in eodem.

Agens proprie facit paſſionẽ, mouens uero non. col. xxiij.
Aſtrologia huius temporis nihil eſt in eſſe/ſed eſt cõueniens computationi non eſſe. col. xlv.
Admixta primo ſe tangunt deinde admiſcentur. col. xiiij.
Cauſa dicitur de omnibus quattuor/principium aũt de extrinſecis/elementum uero de intrinſecis. col. xxiij.
Deſiderium eſt propter eſtimationem eius quod eſt aliquid eſſe bonum. co xxxvj.
Deſiderium precedens comprehenſionẽ rei magis dicitur dolor quam uoluptas. col. xxxix.
Forme non ſunt ſenſibiles ſed intelligibiles. col. xiiij.
Generatum in actu eſt corruptum iu potentia. col. xviij.
Impoſſibile eſt ꝙ duo motus contrarij ſint ſuper eundem polum. col. xlvij.
Ignis animalia corruuupit & non generat. col. xviij.
Ignorare uilia eſt melius q̃ ſcire ea. col. lj.
Nullus ante Ar. ſciuit materiã in rei ueritatẽ/ſed precedentes eum inſpiciebant eam a longe. col. ix.
Omne agens eſt mouens & non econtra. col. xxiij.
Omne gñabile & corruptibile reciprocatur infinities. col. L.
Scientia dei cauſat res, ſed noſtra cauſatur a rebus. col. lj.
Vniuerſalia apud Ar. ſunt collecta a particularibus in intellectu qui colligit & accipit inter ea conſimilitudinem & facit ea unam intentionem. col. iiij.
Veſpe fiunt ex corporibus equorũ mortuorum, & apes ex corporibus uaccarum mortuarum, rane uero ex putrefactione aque. col. xviij.
Verum delectans eſt illud quod per ſe delectatur, & illud eſt intellectus. col. xxxix.

¶ Finis libri Metaphiſice.

AVER. IN DE SVBSTANTIA ORBIS.

Anima celi non coniungitur celo ſm eſſe, ſed ſm operationem & modum.

Corpus celeſte eſt ſimplex nō cōpoſitū ex natura & forma.
Corpus celeſte nō idiget forma ut moueat tm̄ localiter, ſed etiam ea indiget ut ſibi det permanentiā eternam.
Celū eſt finitū & determinatū a ſuperficie cōtinente ipſum.
Corpora celeſtia calefaciunt non inquantum calida, ſed inquantū ſunt uelocis motus & luminoſa.
Diuiſio non cōpetit materie, niſi ut habet quantitatē.
Dimenſiones interminate precedunt formā in materia, terminate uero ſequuntur eam.
Forme naturales diuiduntur diuiſione materie.
Forma celi non eſt neceſſaria in eſſe celi.
Homo eſt intelligens per partem que eſt in ipſo.
Illud quod mouetur ex ſe eſt compoſitū ex duabus naturis, ſcilicet ex recipiente & agente motum.
Impoſſibile eſt unum ſubiectum habere niſi unā formam.
Impoſſibile eſt formā eſſe ſine materia & econtra.
In celeſtibus idem eſt efficiens motum & finis motus.
Impoſſibile eſt ut illud quod de ſe eſt corruptibile ut recipiat eternitatem ab alio.
Illud quod eſt in actu non recipit aliquid quod ſit in actu.
Illud quod in mouendo mouetur impoſſibile eſt ut ſit principium motus eterni.
In corpore celeſti nulla eſt potentia, niſi tm̄ que eſt in loco.
Materia ſubſtantiatur per poſſe.
Materia non recipit ſimul diuerſas formas/niſi quia primo recipit dimenſiones interminatas.
Materia celi eſt aliquid exiſtens in actu & non in potentia, & ideo dignius dicitur ſubiectum quam materia.
Omnis uirtus in materia eſt finite motionis.
Omne compoſitum ex materia & forma eſt finite repletionis neceſſario.
Pati eſt contrarium ipſi actui.
Tranſmutatio arguit materiam/operatio uero formam.

¶Finis Auerroys in de ſubſtantia orbis.

LIBRI DECEM ETHICORVM.

¶Primi Libri Ethicorum.

Bona anime ſunt maxime bona. cap. x.

Conſcij proprie ignorãtie admirãtur hoĩes ſciẽtes. cap.j.
Felix non differt a miſero per dimidium uite. cap.xviij.
Omnia bonum appetunt. cap.j.
Principia maxime ualent ad ſequentia. cap.x.
Principium eſt pluſquam dimidium. cap.x.
Vnuſquiſq; bene iudicat que cognoſcit. cap.iij.
Vnicuiq; id eſt delectabile quod amat. cap.xj.

¶ Cõmentatoris in eodem libro primo.

Ars gubernãdi ciuitates principatur oĩbus artibus. cap.j.
Additamenta artiũ fiunt cũ temporis longitudine. cap.x.
Cognito fine determinantur actiones que ducunt ad ipſum & que remouent ab ipſo. cap.j.
Comparatio cordis ad animal eſt ſicut comparatio funda-menti ad parietem cap.vij.
Felix eget ſuffragio exteriorum. cap.xij.
Infirmans ponit ſanitatem eſſe felicitatem, de pauperatus uero diuitias. cap.iiij.
Ocultum eſt nobis quid futurum ſit de rebus. cap.iiij.
Quum puer nominatur felix, nominatur propter ſpem futu re felicitatis. cap xiiij.
Vulgares propinari ſunt ſeruis. cap.vj.

¶ Secundi libri Ethicorum.

Circa uoluptates & triſtitias eſt moralis uirtus. cap.iij.
Circa difficilia ars ſit ſemper & uirtus. cap.iij.
Fortitudo corrumpitur a ſuperabundantia & defectu a me-dio uero ſaluatur. cap.ij.
Medicine fiunt per contraria. cap.iij.
Malum eſt facile/bonum uero difficile. cap.v.
Non parum differt a iuuentute ſic uel ſic aſueſci/immo multum. cap.ij.
Non ut ſciamus quid ſit uirtus perſcrutamur/ſed ut boni efficiamur. cap.ij.
Operationes ſunt circa ſingularia. cap.vij.
Propter uoluptatem mala operamur, & propter triſtitiam a bonis recedimus. cap.iij.
Paſſio non eſt uirtus nec uitium/quia ſecundum eam nec laudamur nec uituperamur. cap.v.
Tria ſunt in anima/paſſiones, potentie & habitus. cap.iij.
Virtus eſt habitus qui habentem perficit, & opus eius red-

dit bonum. cap.v.
Virtus certior eſt & melior omni arte. cap.v.
¶ Cõmentatoris in eodem libro ſecundo.
Bonus fit bonus ſm unum modum, malus uero multis modis fit malus. cap.v.
Cocoplex dicitur ille qui de qualibet re uerecundatur infronicus uero qui de nulla. cap.vij.
Delectatio eſt cõmunis omnibus animalibus. cap.iij.
Difficile eſt nobis iudicare illud eſſe non rectum in quo delectamur naturaliter. cap.ix.
Hemeſicus dicitur ille qui triſtatur propter bonum quod recipiunt indigni uel in meriti. cap.vij.
Refrenationes ſunt medicine uoluptatum. cap.iij.
Virtus eſt mors concupiſcentiarum / & quies earum ſm ꝙ oportet. cap.iij.
Virtus difficilior eſt circa delectationẽ quã circa irã. cap.iij.
¶ Tertij libri Ethicorum.
Bonus ſingula cum ratione inducit. cap.vij.
Conſiliũ nõ eſt de fine, ſed de his que ſunt ad finẽ. cap.vj.
Canes non gaudent leporũ odore ſed cibatione. cap.xij.
Guſtus eſt iudicium ſaporꝫ. cap.xij.
Homo eſt principiũ ſuarũ operationum. cap.vj.
In naturalibus concupiſcentijs pauci peccant. cap.xiij.
Nullus eſt bonus nec beatus nolens. cap.vij.
Operationum noſtrarum nos ſumus domini a pricipio uſqȝ in finem. cap.viij.
Primũ in generatione eſt ultimũ in reſolutione. cap.vj.
Terribiliſſimum omnium eſt mors. cap.ix.
Triſtitia corrumpit naturam habentis. cap.xv.
Violentum eſt cuius principium eſt extra non conferente uim paſſo. cap.j.
¶ Cõmentatoris in eodem libro tertio.
Amatores audacter aggrediuntur terribilia cauſa concupiſcentie. cap.x.
Fortis non timet. cap.ix.
Ira promouet actionem fortis. cap x.
Mali ignorãt res quas faciunt an ſint bone uel male. cap.ij.
Nullũ aĩalium preter hoĩem agit aliquid ſponte. cap iiij.
Opinio diuiditur in uerum & falſum, electio uero in bonũ

& malum. cap.v.
Pueri uiuunt per deſiderium proprie. cap.xv.
Qui agit aliqd coacte & inſpontanee triſtatur cū ipſo. cap.ij.
Res timoroſe cogūt eū cui accidūt ad actiōes turpes.ca.xv.
Turpia tollerare non propter aliquod decorū factum eſt hominis uilis. cap.ij.

¶Quarti libri Ethicorum.

Honor eſt premium uirtutum. cap.ix.
Iraſci in quibus non oportet/& non iraſci in quibus oportet inſipientis eſt. cap.xij.
Iactator uituperabilior eſt mendace. cap.xiiij.
Laus & gratiarū actio debetur danti & non accipiēti. cap.j.
Maior uirtus eſt bona operari q̄ turpia non operari. cap.j.
Malū ſeipſum deſtruit,& ſi ītegrū eſt īportabile erit. ca.xij.
Omne mendacium prauum eſt & fugiendum. cap.xiiij.
Pulchritudo ſemper in magno corpore exiſtit,unde paruī formoſi poſſunt dici non pulchri. cap.vj.
Prauus honore non eſt dignus. cap.ix.
Qualis unuſquiſq; eſt taliter uiuit. cap.xiiij.
Requies & ludus in uita uidentur eſſe neceſſaria. cap.xv.
Solus bonus honorandus eſt ſm uirtutem cap.ix.
Suſtinere iniuriantē & familiares deſpicere ſi'le eſt. cap.xij.
Virtuti perfecte non fit condignus honor. cap.ix.
Verecundia eſt timor ingloriationis. cap.xvj.
Verecundiam in iuuene laudamus in ſene uero uituperamus. cap.xvj.

¶Cōmentatoris in eodem quarto libro.

Ad iraſcibilem feſtinat ira. cap.xij.
Bachilen dr̄ ille q deficit a datione,ſed non concupiſcit opes alienas,nec uult accipere quicquam ab aliquo. cap.iiij.
Cui nihil reſtauratur habita finiuntur uelociter. cap.
Dare habita grauius eſt, q̄ dimittere acceptionē eius quod non habetur. cap.j.
Difficile eſt largum fieri diuitem. cap.ij.
Digniſſimum eſt homini ut non faciat unde ſit uerecundandum. cap.xvj.
Manſuetus non eſt amās uindictā/ſed ignoſcens. cap.xij.
Satisfactio quietat iram. cap.xij.
Verecundia non fit niſi propter mala. cap.xvj.

¶ Quinti libri Ethicorum.

Iuſtitia non eſt ad ſeipſum. cap.x.
Minus malum ſemper eſt elligendum. cap.vj.
Nullus proprie ſibi ipſi iniuriam facit. cap.xv.
Optim⁹ ē q nō ſolū utitur uirtute ad ſe, ſed & ad alios. c.viij.
Preclariſſima uirtutum eſt iuſtitia. cap.iij.
Principatus uirum oſtendit. cap.iij.
Peſſimus eſt qui utitur malitia ad amicos. cap.iiij.
Que ſimpliciter ſunt bona hoībus pro his orant. cap.ij.

¶ Cōmentatoris in eodem quinto libro.

Denarius eſt factus tanquam fideiuſſor ſupplendi neceſſitatem futuram. cap.viij.
Denarius eſt equāſiter additionē & diminutionē. ca.viij.
Lex prohibet ne quis ſeipſum occidat. cap.xv.
Peius eſt facere iniuriam, quam pati, eam. cap.xv.

¶ Sexti libri Ethicorum.

Ad principia non eſt ratio. cap.ix.
Conſiliū debet eſſe de his que poſſunt aliter ſe hrē. cap.ij.
Conſiliata operari oportet uelociter conſiliari autem tarde. cap x.
Iuuenes non ſunt experti. cap.ix.
Impoſſibile eſt prudentē eſſe nolentē bonum. cap.xvj.
Intellectus eſt principium. cap.vij.
Multitudo temporis facit experientiam. cap.ix.
Omnis doctrina eſt ex precognitis. cap.iiij.
Omnia ſcit operari bonus. cap.xvj.
Sapientia eſt cognitio rerum diuinarum, habens caput inter omnes alias ſcientias. cap.viij.

¶ Cōmentatoris in eodem ſexto libro.

Homo non uerſat conſiliū in his que carent fine. cap.viij.
Ingenium non eſt in rebus neceſſarijs, neq; in his, quorum notitia caſualiter ſe habet, ſed in his in quibus uerſatio fit conſilij. cap.xj.
Prudentia eſt apprehenſio agendorum, & non agendorū ingenium autem eſt ſententians & iudicans. cap.xj.

¶ Septimi libri Ethicorum.

Difficile eſt reſiſtere conſuetudini. cap.xiiij.
Facilius eſt conſuetudinē mutare quā naturam. cap.xiiij.
Famā quā multi populi famāt nō ex toto perit. cap.xiiij.

Hoîes dicuntur fieri dij propter uirtutum excellētiā. ca.j.
Ire & concupiſcentie uenereorum tranſmutant corpus, & quibuſdam inſanias faciunt. cap.v.
Melācolici naturaliter ſemper indigēt medicina. cap.xiiij.
Maior eſt delectatio in quiete quam in motu. cap.xiiij.
Non oportet tantum uerum dicere ſed etiam cauſam falſi aſſignare. cap.xiiij.
Solutio dubitationis eſt inuentio ueritatis. cap.iiij.

¶Cōmentatoris in eodem ſeptimo libro.

Demonſtrationes ſunt perfectiores & nobiliores quando inducuntur poſt orationes dubitabiles. cap.ij.
Homo habet ampliorem poteſtatem ſuper concupiſcētias naturales quam ſuper iram. cap.vij.
Malitioſius nō eſt bonus neq̧ actu neq̧ potentia. cap.xiiij.
Qui non penitet ex proſecutione concupiſcentiarum inſanabilis eſt. cap.viij.
Verberans abſq̧ ira peior eſt uerberante cum ira. cap.viij.

¶Octaui libri Ethicorum.

Amicorum omnia ſunt cōmunia. cap.vj.
Amicitia eſt triplex, propter bonum utile, delectabile & honeſtum, prima eſt ſenum ſecunda iuuenum. cap.iij.
Diſtantia loci nō ſeparat amicitiā ſed operationē. cap.iiij.
Domini ad ſeruū non eſt amicitia ſecundum quī ſeruus ſed ſecundū ꝙ homo, quia ut ſeruus eſt ſibi diſſimilis, ut homo autem ſimilis. cap.viij.
In infortunijs refugium eſt ad amicos. cap.j.
In quibus nihil eſt commune, nec etiam amicitia nec iuſtitia. cap.viij.
Lucrum eſt auxilium indigentie. cap.x.
Malus rei tyrannus dicitur. cap.vij.
Matres plus diligunt filios quam patres. cap.ix.
Nullus elligeret uiuere ſine amicis habēs oîa bona. cap.j.
Natura maxime appetit delectabile & fugit triſte. cap.iiij.
Omnis homo naturaliter omni homini amicus eſt. cap.j.
Peſſimum eſt contrarium optimo. cap.vij.
Pater tria bñficia dat filio, cām eſſendi generādo, cām nutriendi educando/& cauſam diſcendi informando. cap.viij.
Proprium & maius amicorum eſt conuiuere. cap.iiij.
Praui ſunt amici propter utile uel delectabile. cap.iiij.

Parentes amant filios tanquã aliquid ſui exiſtentes filij uero parentes ut ab illis aliquid exiſtentes. cap.ix.
Parentes plus amant filios q̃ econtra. cap.ix.
Pater poteſt abnegare filio & non econtra. cap.x.
Quanto maior eſt fortuna, tanto minus eſt ſecura. cap.j.
Res debet ſe hr̃e ad ſubditos ſicut paſtor ad oues. cap.viij.
Sola amicitia bonoꝝ honeſtoꝝ intrãſmutabilis eſt. cap.iiij.
Seruus eſt organum animatum. cap.viij.

¶Cõmentatoris in eodem octauo libro.

Amicitia amoris eſt amator. cap.iiij.
Emolumentum eſt fulcimentum pecuniarum. cap.x.
Fratres coequantur in omni re preterquã in annis. cap.vij.
Mali non gaudent ad ſeinuicem niſi adſit utilitas. cap.iiij.
Qui profitentur ſe eſſe amicos demõſtrent ſe eſſe tales qua les profitentur. cap.iiij.
Quando fuerit diuerſitas multa in annis non erit illic dile ctio fraterna. cap.vij.

¶Noni libri Ethicorum.

Amici exiſtentes propter bonum utile & delectabile/his ceſ ſantibus ceſſat amicitia. cap.iij.
Amicus ſe debet habere ad amicum ſicut ad ſeipſum, quia amicus eſt alter ipſe. cap.v.
Beniuolẽtia nõ eſt amicitia, eſt tñ principiũ amicitie, uñ ex diuturna beniuolentia cauſatur amicitia. cap.vj.
Benefactores plus amant beneficiatos, q̃ econtra. cap.viij.
Felix amicis indiget honeſtis. cap.x.
In bonis fortunis & malis, opus eſt amicis, in bonis qa fortu nati indigẽt cõueniẽtibus/& quibus bonũ faciãt, in malis uero, qa triſtati alleuiantur amicis cõdolẽtibus. cap.xiij.
Magis debet reddi mutuum, q̃ amicis tribui. cap.ij.
Prau'nihil amicabile hẽt nec ad ſeipſum, nec ad aliũ. cap.v.
Quod laborioſius acquiritur magis diligitur. cap.viij.
Solitario difficilis eſt uita. cap x.
Vnuſquiſq; artifex diligit opus ſuum. cap.viij.

¶Cõmentatoris in eodem nono libro.

Amor fit per ſenſum uiſus. cap.xiiij.
Deus diuidit uniuerſa bona unicuiq; ſecundũ merita uel aptitudine eius. cap.iiij.
Intuitus amati ualde eligitur apud amaſios. cap.xiiij.

Nullus

Nullus amat niſi primitus delectatus fuerit. cap.vi.
Virtuoſus uult uitam propter ſeipſum & ſalutem & precipue ſalutem partis illius per quam eſt bonus & uirtuoſus. cep.iiij.
Vir uituperatur ultimo uituperio quando nihil facit niſi propter ſeipſum. cap.ix.

¶Decimi libri Ethicorum.

Amantes fiſtulas non poſſunt attendere ſermonibus ſi audiant fiſtulantem. cap.v.
Delectatio perficit operationem. cap.j.
Multi magis obediunt neceſſitati quam ſermoni. cap.xj.
Non potentes continue operari requie indigent. cap.vij.
Omnia habētia corpa nō poſſunt cōtinue operari. cap.ij.
Philoſophia habet admirabiles delectationes puritate & firmitate. cap.viij.
Quedam delectant noua / que poſtea non ſimiliter delectant. cap.ij.

¶Cōmentatoris in eodem decimo libro.

Dignius eſt intellectui eligere apphenſiones q̄ aurū. cap.vj.
Intellectus dominatur omnibus. cap.ix.
Licet homo ſit paruus corpore & magnitudine, tamen potentia ſuperat omnia multum. cap.ix.
Rebus que non diuiduntur non eſt generatio. cap.iiij.

¶Expliciunt auctoritates Ar. & com. in ethicis.

INCIPIVNT LIBRI OCTO POLITICO.

¶Primi libri Politicorum.

Animal conſtat ex anima & corpore inter que anima eſt regens naturaliter corpus uero rectum.
Conſilium mulieris eſt inualidum, pueri autem imperfectum.
Deſiderium diuitiarum uadit in infinitum.
Diuerſitas alimentorum facit diuerſas uitas animalium.
Facile eſt ditari philoſophis ſi nolunt.
Fortitudinis non eſt diuitias parare / ſed fiduciam animi.
Homo naturaliter eſt animal politicum & ciuile.
Homo ſolitarius aut deus aut beſtia.
In prauis ac male diſpoſitis, corpus dominatur anime.

Maſculinum naturaliter dignius eſt feminino.
Mulieres ſunt media pars hominum liberorum.
Natura non facit unum inſtrumentum niſi ad unum opus.
Natura nihil facit fruſtra.
Non eſt poſſibile uiuere ſine alimento.
Natura fecit omnia animalia propter hominem.
Nullum inſtrumentum cuiuſq; artis eſt infinitum neq; magnitudine neq; multitudine.
Nummus eſt primum & ultimum in commutatione.
Opus quod fit a melioribus ſemper eſt melius.
Omnis ſocietas eſt conſtituta gratia alicuius boni.
Omnis domus regi debet a ſeniore.
Plurimum genus hominum ex fructibus domeſticis terrę uiuit.
Regens naturaliter dignius eſt recto.
Sicut optimum animalium eſt homo lege fruens, ſic peſſimum animalium eſt homo a lege & iuſtitia ſeparatus.
Seuiſſima iuſtitia eſt habens arma.
Sine neceſſarijs impoſſibile eſt uiuere & bene uiuere.
Seruus naturaliter non eſt ſui ipſius ſed alterius.
Silentium preſtat mulieri ornamentum.
Textoris non eſt lanas facere, ſed factis uti.
Vtile eſt corpus regi ab anima.
Vtile eſt omnibus animalibus regi ab homine.
Virtus & malitia determinant nobiles & ignobiles, ſeruos & liberos.

Secundi libri Politicorum.

Amicorum omnia ſunt communia.
A mulieribus male regitur ciuitas.
Amicis auxiliari dulciſſimum eſt.
Bonum eſt ab aliena muliere abſtineri propter temperantiam.
Ciues ſunt ſocij unius ciuitatis.
Impoſſibile eſt indigentem bene principari & ſtudio uacare.
Leges inhoneſtas licet maxime ſint in uſu aboleri licet.
Maximum bonum ciuitatis eſt amicitia.
Multi ſerui quandoq; deterius ſeruiunt paucis.
Melius eſt mulieris dotem modicam uel mediocrem eſſe

q̃ magnam.
Melius eſt iudicare ſecundum leges & litteras q̃ ex propria ſcientia uel ſententia.
Omnis ciuitas artificibus indiget.
Pecunia ſeditionem efficit & malignitatem.
Populares homines diſcordant propter inequalitatem poſſeſſionis / generoſi autem propter inequalitatem honoris.
Quod plurimorum eſt commune minime curam ſortitur quia de proprijs maxime curant homines / de communibus autem minus quam quantum ſingulis competit.
Qui delectari uelit ſine triſtitia ad philoſophiam recurrat.
Vnuſquiſq; naturaliter & maxime amat ſeipſum.
Vnum opus optime fit ab uno.

¶ Tertij libri Politicorum.

Ciuitas eſt ciuium multitudo.
Ciuitas non eſt una propter eoſdem muros / ſed propter eandem politiam.
Ingenuitas eſt uirtus generis.
Melius eſt ciuitatem regi uiro optimo, quam lege optima.
Non eſt idem bonus uir & bonus ciuis.
Non contingit eũ bene principari, qui ſub principe non fuit.
Optima ciuitas non fert utilem artificem eſſe ciuem uel principem.
Oportet bonam ciuitatem de uirtute eſſe ſollicitam.
Politia eſt ordo quidam habitantium ciuitatem, in principando & ſubijciendo.
Prudentia proprie eſt uirtus principis.
Pars non eſt apta nata excellere ſuum totum.
Quicunq; politice intendunt utilitatem communem recte ſunt iuſti.
Quicunq; intendunt utilitatem propriam uitioſi ſunt & rectarum politiarum ſunt tranſgreſſores.
Sine iuſtitia impoſſibile eſt habitari ciuitatem.
Turba multa melius iudicat quam unus tantum.
Virtuoſum principari melius eſt quam multos alios.

¶ Quarti libri Politicorum.

Ciuitas non conſtat ex una parte tantum ſed ex multis, quarum una ſunt agricole, alia artifices manuales, alia qui negociantur circa forum, alia mercenarij, ultima propugnatores & armigeri, quos in ciuitate neceſſarium eſt exiſtere ſi non debeat inimicis ſeruire.

Diuites & nimis potentes non ſubijciuntur nec uolunt ſubijci.

Eufortunium maximum eſt ciues mediocrem ſubſtantiam habere, tanquam ſufficientem eis, quia per tales bene regitur ciuitas.

In omni ciuitate ſunt tres ſpecies hominum, diuites pauperes/ & mediocres, quarum ultima eſt optima.

In magnis negocijs, oportet unum negociari ad unum opus quia melior eſt cura intenta circa unum quã circa plura.

Media poſſeſſio bonorum exteriorum eſt optima, quia facillimum eſt rationi obedire.

Mediocres ciues maxime ſoluantur in ciuitate, hi enim nõ deſiderant aliena ſicut pauperes/ nec pauperes horũ ſubſtantiam cupiunt/ quapropter ſine periculo uiuunt.

Magne ciuitates magis ſunt ſine ſeditione quam parue, quia ibi remedium eſt multum.

Non ſolum oportet politiam a principio inſtituere/ ſed etiã oportet ipſam corrigere.

Nimis uiles & egeni neſciunt principari.

Nobilitas eſt uirtus & diuitie antique.

Qui alteri ſeruit non eſt per ſe ſufficiens.

Quanto aliquid magis accedit ad mediũ, tanto eſt melius, & quanto magis recedit tanto eſt peius.

Sine principibus impoſſibile eſt eſſe ciuitatem.

¶ Quinti libri Politicorum.

Contraria ſunt factiua contrariorum.

Minores ut fiant equales/ ſeditionem faciunt/ equales uero ut fiant maiores.

Malus mittit manum ad impoſſibilia.

Nobilitas generis & diuitie/ principia ſunt & fontes ſeditionum.

Nullus naturaliter mittit manum ad impoſſibilia.

Non de facili poteſt inuadi qui ſobrius eſt, ſed qui eſt ebrius nec qui eſt uigil, ſed qui eſt dormiens.

Omnis diuerſitas uidetur facere ſeditionem.
Oportet principem bonos honorare, & ipſemet eis honores diſtribuere, ſuplicia autem diſtribuere non per ſe, ſed per alios.
Propter inequale fit ſeditio ubiq;.
Principium uidetur eſſe pluſquam dimidium totius.
Pater & filius ſimul principari non debent, nec minor & ſenior frater.
Pollicie maxime diſſoluuntur propter iuſti tranſgreſſionē.
Parue expenſe ſepe facte conſumunt ſubſtantiam.
Periculoſum eſt principi, ſubdito dare magnos honores.
Principes ne inuaſibiles ſint ebrietates & ſomnum debent euitare.
Princeps deicola debet eſſe plus & minus ciuium.
Princeps nullū uiꝝ totius ſui dñi debet facere cuſtodem.
Quod eſt plus eſt inequale unicuiq;.
Quod eſt parum quaſi nihil differt ab eo quod eſt nihil.
Quod uolunt potentes agunt omnes.
Rex iuſtitiam conſeruare debet.
Regnum ſaluatur per amicos.
Si plures ſint fratres ſenior ſemper debet principari.
Si princeps aliquem a poteſtate ſibi tradita deponere uelit, gradatim debet hoc facere & non ſimul totam poteſtatem auferre.

¶ Sexti libri Politicorum.

Agricole qui non habent neceſſaria circa opera morantur & non concupiſcunt aliena.
Agricole magis appetunt lucrum quam honorem, & ideo delectabilius eſt eis laborare quam principari.
Non eſt facile permanere ciuitatem ſine legibus & conſuetudinibus compoſitam.
Neceſſarium in omni ciuitate aliquid emi & aliquid uendi.
Opus libertatis eſt uiuere, ut uult aliquis, quia ſeruus non uiuit ut uult.
Optimus populus eſt qui terre cultiuus eſt.
Oportet in ciuitate aliquos eſſe qui curam deorū habeant ſcilicet ſacerdotes.
Pluralitas perſonarum in electione prefertur paucitati ſimiliter magnitudo dignitatis prefertur.

Paucum malum cito negligitur/multum autem factū magis in oculis eſt.
Prauos facere dominos non eſt ſecurum/quia ipſi magis indigent cuſtodia aliorum quam poſſint alios cuſtodire.

¶Septimi Libri Politicorum.

Anima precioſior eſt corpore, & omni poſſeſſione & omnibus alijs bonis.
Ars ſupplet defectum nature.
Bonum anime precioſius eſt omnibus alijs bonis.
Bene regere eſt optimum & eligibiliſſimum.
Bonum eſt pueros eſſe ſine uino.
Duplex eſt fœlicitas contemplatiua & politica, quarum prima eſt melior.
Fœlicitas perfecta eſt uſus uirtutis.
Finis generationis in uiris utplurimum eſt numerus .lxx. annorum in mulieribus uero. 50.
Inter omnia animalia ſolus homo habet rationem.
Iuuenum coitus prauum eſt ad puerorum procreationem ſimiliter ſenum/uirorum uero bonus.
Iuuenes ab ebrietate maxime cuſtodire oportet.
In bonis exterioribus non eſt felicitas.
Lactis alimentum maxime familiare eſt corporibus puerorum.
Mulieres coniugari congruit circa etates annorum.xviij.viros uero circa xxxvj.
Neceſſe eſt futurum principem ſubditum eſſe uel fuiſſe.
Omnis exceſſus rerum uel nocet uel nihil proficit.
Omnia amamus, ſed premia magis.
Potentia eſt in iunioribus, prudentia autem in ſenioribus.
Triplex eſt bonum anime corporis & bonum extrinſecus adueniens.

¶Octaui libri Politicorum.

Anima naturaliter delectatur in muſicis melodijs.
Ebrietas homines impetuoſos facit.
Ludus fit propter requiem.
Melodia irratos & alijs paſſionibus occupatos/ſepe alleuiat ipſos letos faciens.

Muſica eſt potens letificare homines.
Muſica ualet ad deductionem temporis, & ad delectationem, & ideo pueris ualet ſtudere in muſica.
Non ſolum pueri erudiendi ſunt in arte utili & neceſſaria, ſed etiam in artibus liberalibus & honeſtis.
Omne laborans requie indiget.
Requies de neceſſitate eſt delectabilis, quia eſt medicina triſtitie que conſiſtit in labore.
Studium debet eſſe commune.

¶ Finis Libri Politicorum.

LIBRI ECONOMICORVM.

Ciuitas eſt domorum pluralitas, agro & pecunijs ſufficienter habundans ad bene uiuendum.
Coniunctio maſculi & femine in irrationalibus eſt ſolum gratia prolis procreande. In rationalibus uero nõ ſolum huius gratia/ſed & alterius, ut parẽtes in ſenio effecti impotentes iuuentur a filijs potentibus.
Diuerſitates morũ nequaquam ad dilectionem ſunt apte.
Due ſunt ſpecies ſeruorum curator & procurator.
In republica plures ſunt imperantes, in familiari uero unus tantum.
Iniuriari femine eſt coire cum extranea muliere.
Impoſſibile eſt non diligentis domini uicarios diligentes eſſe.
Maximus eſt honor ſobrie mulieri ſi uiderit uirum ſibi caſtum eſſe, & de nulla alia curare/ſed preomnibus ipſam caſtam & fidam exiſtimare.
Nemo habet parem curam ſuorum & alienorum.
Non tantum nitor ueſtimentorum / nec excellentia forme nec auri multitudo ad laudem mulieris ualet, quantum ualet modeſtia in rebus ac ſtudium honeſte decoreque uiuendi.
Non debet homo ſane mentis ubicunq; contigerit ſemen ſuum exponere.
Omnis educatio eſt a matre.
Oportet uirum ducere uxorem puellam ut eam doceat bonos mores.

Oportet ſeruo dare opera & uictum, ſufficientia.
Prius decet dominum expergiſci quam ſeruum, & poſterius ire cubitum.
Quid magis impinguat equũ, oculus domini, & quod ſterquilinium agro eſt optimum, ueſtigia domini.
Quanto quis diligentius obſequitur / tanto maiorem gratiam obtinebit.
Societas ſecundũ naturam maxime ineſt mari & femine.
Surgere de nocte ad ſanitatem/ & ad philoſophie ſtudia prodeſt q̃plurimum.
Si mulier cognouerit ſibi caſtum & fidum uirum ipſa etiam fida & caſta erit.
Vnuſquiſq; pergrauiter fert honore ſuo priuari.
¶ Finis Librorum Economicorum.

LIBRI TIMEI PLATONIS.

A deo mundus eſt factus.
Auctor maximus eſt deus.
Anima eſt coniuncta corpori ut fruetur ſcientijs & uirtutibus ſi enim cum feruore magno ſe inuenerit benigne a ſuo creatore recipietur, ſi uero contrarium relegabitur ad inferna.
Bonitas dei fuit cauſa factionis mundi & originis omnium rerum.
Deus eſt ſummũ bonũ ſuper omnem ſubſtantiam omnemq; naturam quem cuncta expectant.
In omnibus tam maximis q̃ minimis debet implorari auxilium dei.
In rebus ſublimibus mediocrem explanationem habere onus eſt laboris.
In omni tractatu fieri debet, ut inter initia cõſideretur quid ſit de quo agitur.
Non decet rem antiquiorem a poſt genita regi.
Nihil eſt maius philoſophia.
Nunquam ad humanum genus diuina munificentia uenit.
Nihil eſt, cuius ortum cauſa legitima & ratio non precelſerit.
Tempora maxime diſtinguuntur per motum ſolis.

LIBRI SEX EPISTO. SENE. AD LVCIL.

¶Primi Libri Epiſtolarum.

Alienum eſt quicquid optando euenit. Epiſt. viij.
Cum amico omnia delibera, ſed de te amico prius. epi. iij.
Cũ illis cõuerſari debes/q te meliorẽ facturi ſunt. epi. vij.
Errat ille qui amicum in atrio querit & in conuiuio probat. epi. iij.
Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare, que ubi uaria ſint & diuerſa cõinquinant, & non alunt. epi. ij.
Honeſta res eſt lata paupertas. epi. ij.
Homines plus oculis credunt quam auribus. epi. vj.
Homines dum docent diſcunt. epi. vij.
In hoc fallimur ꝙ mortem non perſpicimus, magna pars eius iam preterijt. epi. j.
Inimica eſt multorum conuerſatio. epi. vij.
Iocundius eſt facere amicum quam habere epi. ix.
Infirmi animi eſt pati non poſſe diuitias. epi. v.
Illos admitte quos tu meliores facere poteris. epi. vij.
Ille beatiſſimus eſt / & ſecurus ſui poſſeſſor qui craſtinum ſine ſollicitudine expectat. epi. xij.
Momento mare euertitur, eodem die ubi nauigia luſerunt ibidem ſorbentur. epi. iiij.
Multi non amico ſed amicitia carent. epi. vj.
Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccatori teſtis aſſiſtit. epi. xj.
Non puto pauperẽ cui quãtuluſcunq; ſupereſt ſat eſt. epi. j.
Nuſquam eſt qui ubiq; eſt. epi ij.
Non prodeſt corpori cibus, qui ſtatim ſumptus emittitur. epi. ij.
Nihil ita ſanitatem impedit ſicut crebra remediorum mutatio. epi. ij.
Non conualeſcit planta que transfertur. epi. ij.
Non qui parũ habet eſt pauper, ſed qui plus cupit. epi. ij.
Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis ſuis obſeſſus quam ꝙ amicos ſibi putat quibus ipſe non eſt. epi. iij.
Neminem fortuna prouexit ut non tantum illi minaretur

quantum promiſſerat. epi.iiij.
Nullius boni iocunda eſt poſſeſſio ſine ſocio. epi.vj.
Neceſſe eſt ut mors aut nō perueniat aut ptranſeat. epi.iiij.
Nihil boni putare debemus quod eripi poſſit epi.ix.
Omnia lucilli aliena ſunt tēpus tantum noſtrum eſt. epi.j.
Omnes ignoſcunt, nemo ſuccurrit. epi.j.
Peſſimum eſt quod auctoritatem habemus ſenum, uitia uero puerorum. epi.iiij.
Philoſophie ſeruias ut tibi contingat uera libertas. epi.viij.
Quicquid etatis retro eſt mors tenet. epi.j.
Qui cum paupertate bene conuenit diues eſt. epi.iiij.
Quibuſdam egris gratulatio fit cum ſeipſos egros eſſe ſenſere. epi.vj.
Quid refert qualis tuus ſtatus ſit, ſi tibi uř malus. epi.ix.
Spem metus ſequitur. epi.v.
Sapiens, & ſi ſeipſo contentus ſit tamen amicū habere uult ne tam magna uirtus iaceat. epi.ix.
Sapienti nihil eſt neceſſe. epi.ix.
Si uis amari ama. epi.viij.
Sic uiue cū hominibus tanquam deus uideat. epi.x.
Sic loquere cum deo tanquam homines audiant. epi.x.
Turpiſſima eſt iactura, que per negligentiam fit. epi.j.
Timere deſines/ſi ſperare deſieris. epi.v.
Temperatur uita inter bonos mores & publicos. epi.v.
Vtrunq; uitium eſt omnibus credere & nulli. epi.iij.
Vita tranſcurrit dum differtur. epi.j.
Vnum exemplum luxurie atq; auaritie multum mali facit. epi.vij.
Vnus dies gradus uite eſt. epi.xij.
Vicinus diues cupiditatem irritat. epi.vj.
Verecundia in adoleſcente bonum ſignum eſt. epi.xj.

¶Secundi Libri Epiſtolarum.

De preſentibus facile eſt iudicium. epi.xiij.
Modica ira gignitur inſaniam. epi.xviij.
Ira uitanda eſt non moderatiōis/ſed ſanitatis cā. epi.xviij.
Multis ſeruit qui corpori ſeruit. epi.xiiij.
Non iubeo te ſemper libris inſiſtere aut pugillaribus dandum eſt enim interuallum aliquod animo, non ut reſoluatur, ſed ut remittatur. epi.xv.

Natura modicũ deſiderat/opinio uero immẽſum. epi.xvi.
Naturalia deſideria ſunt finita ex falſa opinione naſcentia. epi.xvj.
Nihil ſit quod nos a philoſophia reuocet, nec paupertas, nec indigentia alicuius rei. epi.xvij.
Non eſt in rebus uitium, ſed in ipſo animo. epi.xvij.
Nihil difert utrum egrum in ligneo lecto collores aut aureo, quocunq; illum tranſtuleris morbum ſuum ſecum transfert. epi.xvij.
Nihil difert, utrum animus eger in diuitijs aut in paupertate ponatur, malum ſuum illum ſequitur. epi.xlvij.
Philoſophia non contingit in uerbis ſed in rebus. epi.xvj.
Philoſophia animum format & fabricat, uitam diſponit & actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat ſine hac nemo ſecurus. epi.xvj.
Sine ſtudio philoſophie eger eſt animus. epi.xv.
Subtilitas animi ciborum copia impeditur. epi.xv.
Satis eſt inimicos non habere. epi.xiiij.
Si uis uacare animo, aut pauper ſis oportet aut pauperi ſimilis. epi.xvij.
Si quid te uetat bene uiuere bene mori non uetat. epi.xvij.

¶ Tertij libri Epiſtolarum.

Bona mens nec comodatur nec emitur, immo ſi uenalis eſſet non habet emptorem, ſed mala quotidie emitur. epi.xxvij.
Incertum eſt quo loco mors te expectat/tu uero eam in omni loco expecta. epi.xxvj.
Magnus eſt ille qui in diuitijs pauper eſt, ſed ſecurior qui caret diuitijs. epi.xx.
Melius honeſta probamus quam ſequamur. epi.xxj.
Male uiuunt qui ſemper uiuere incipiunt, eo q; ſemper illis imperfecta uita ineſt. epi.xxiij.
Nemo diues naſcitur. epi.xx.
Non eſt uir fortis & ſtrenuus qui laborem fugit. epi.xxij.
Nemo quam bene uiuat, ſed quam diu curat. epi xxij.
Philoſophia facere docet/non dicere. epi xix.
Peiores morimur quam naſcimur. epi xxij.
Qui peccare feneſcit corrigi non uult. epi xxviij.
Sola uirtus preſtat gaudiũ perpetuũ & ſecuꝝ. epi.xxviij.

¶ Quarti libri Epiſtolarum.

Audituro & nulli alteri dicendum eſt. epiſt.xxix.
Bonum eſt ſcientia rerum/malum uero imperitia. epi.xxxj.
Dolor magnus nunquam eſt longus. epi.xxx.
Generoſos animos labor nutrit. epi xxxj.
Mortem non timemus,ſed cogitationē mortis. epi.xxx.
Sicut adoleſcentiam ſequitur ſenectus/ita mors ſenectutem. epi.xxix.

¶ Quinti libri Epiſtolarum.

Animus generoſus ex ſe concitatur ad honeſta. epi.xxxix.
Lauda hominem in eo quod dari,nec erripi poteſt, & quod eſt proprium hominis, hoc autem nec domus eſt pulchra ueſtis/nec familia formoſa, ſed animus & ratio perfecta. epi.xlj.
Magnanimi eſt contemnere magna. epi.xxxix.
Nemo bonus ſine deo. epi.xlj.
Non faciunt equum meliorem aurei freni. epi.xlj.
Nemo gloriari niſi de ſuo debet. epi.xlj.
Philoſophia platonem nobilem non accepit, ſed nobilem fecit. epi.xliiij.
Quid ſtultius quam in homine laudare aliena. epi.xlj.
Remedia non proſunt ni immorentur. epi.xl.
Turpe eſt ferri & non ire. epi.xxxvij.
Tardiloquum te eſſe iubeo. epi.xl.

¶ Sexti libri Epiſtolarum.

Lectio certa prodeſt,uaria uero delectat. epi.xlv.
Non poteſt amor cum timore miſceri. epi.xlvij.
Nulla ſeruitus turpior quam uoluntaria. epi.xlvij.
Nō refert quā multos libros habere,ſed quā bonos. epi.xlv.
Sic cum inferiore uiuas / quemadmodum tecum ſuperiorem uiuere uelles. epi.xlvij.

LIBRI SENECE DE MORIBVS.

Auribus frequentius utere quam lingua.
Auaritia ſenilis eſt ſimilis monſtro.
Bona conſuetudo excutere debet quod mala inſtruxit.
Diſciplina mores facit bonos.
Dolor patientia uincitur.

Fortior eſt qui cupiditatem uincit, quã qui hoſtem, & fortiſſimus qui ſeipſum uincit.
Facta cernuntur animus uero non uidetur.
Id ſapit unuſquiſq; quod didicit.
Libentius audias quam loquaris.
Mihi credas non poteſt eſſe diues & fœlix.
Magnarum iurium eſt negligere ledentem.
Maxima egeſtas eſt auaritia.
Nihil petas quod negaturus fuiſti.
Omne peccatum actio uoluntaria eſt.
Pecunia auaritiam non ſatiat ſed irritat.
Peiora ſunt tecta odia quam aperta.
Qui a multis timetur multos timet.
Qui malis parcit bonis nocet.
Quietiſſimam uitam agerent homines ſi hec pronomina tollerentur meum ſcilicet & tuum.
Quicquid dicturus es, anteq̃ alijs dixeris tibi dicas.
Maxime diuitie ſunt non deſiderare diuitias.
Qui neſcit tacere neſcit loqui.
Qui ſibi uidetur pauper/pauper eſt.
Quid dulcius q̃ habere amicum cum quo omnia ſicut tecũ loqui audeas.
Quod tacitum eſſe uelis nemini dixeris.
Quis plurimum habet qui nimium cupit.
Spes premij ſolatium eſt laboris.
Scire uti paupertate maxima fœlicitas eſt.
Vtendum eſt diuitijs & non abutendum.
Vbi confeſſio ibi remiſſio.

SENECE DE FORMVLA VITE.

¶ Capitulo de prudentia.

Cuiuſcunq; facti cauſam inquire.
Cogitatio tua a uero nunquam recedat.
Cum conſideratione promittas.
De dubijs non diffinias ſed ſuſpenſam tene ſententiam.
Lauda parce, ſed uitupera partius.
Non te moueat dicentis auctoritas, nec quis dicat, ſed quid dicatur attendito.

Prudens non dicit, non putaui ſic fore.
Plenius quam promiſeris preſta.
Que apud te habes non tanquam aliena ſeruabis / ſed per te tanquam tua diſpone & utaris.
Teſtimonium ueritati non amicitie reddas.

¶ Capitulo de magnanimitate.

Fraudes & dolos imbecillum decet habere.
Honeſtum & magnum uindicte genus eſt ignoſcere.

¶ Capitulo de continentia.

A uerbis turpibus abſtineto.
Cunctis eſto benign9, nemini blandus / paucis familiaris oībus equus, ſed ad iram tardus, ad miſericordiam pronus, in aduerſis firmus / in proſperis cautus & humilis.
Clementie ſis cultor / ſeuicie uero deteſtator.
Eſto fugax uitiorum tuorum, aliorum uero curioſus ſcrutator nec acerbus reprehenſor.
Interdum ſerijs miſceas iocos, ſed temperatos.
Inferiores ſuperbiendo non contēnas, ſuperiores autem ratione uincere non timeas.
Non aſcribas tibi quod non es, nec maior q̄ es uideri uelis.
Non extollas quēquam neq; deijcias.
Omnia credito tollerabilia preter turpitudinem.
Palatum tuum fames excitet non ſapores.
Qui ſibi ipſi ſatis eſt cum diuitijs natus eſt.
Riſus ſit ſine cachino.
Seuerior eſto iudicio quam ſermone.
Sapientie cupidus ſis & docilis.
Tam triſte eſt a turpibus laudari, quam ob turpia laudari.

¶ Capitulo de iuſtitia.

Deum amabis, ſi illum in hoc imitaberis, ut uelis omnibus prodeſſe & nulli nocere.
Iuſtus ſecreta non prodit.
Nihil nocere non eſt iuſtitia, ſed alieni abſtinentia.

LIBRI QVATTVOR SENECE DE BENEFI.

¶ Primi libri de Beneficijs.

Beneficiorum memoria ſeneſcere non debet.
Beneficium non poteſt manu tangi / ſed in animo geritur

nec aurum nec argentum beneficium eſt, ſed tribuentis uoluntas.

Dignus eſt decipi/qui de recipiendo cogitauit/cum daret.

Multo gratius uenit quod facili, quam quod plena manu datur.

Nullum beneficium dandum eſt negligenti.

Primo ſunt danda neceſſaria, deinde utilia, deniq; iocunda atq; manſura.

Qui beneficium non reddit/magis peccat quam qui non dat citius.

Quum beneficia in uulgus largiri inſtitueris multa perdenda ſunt ut unum bene des.

Qui tarde fecit diu noluit.

Vno beneficio bene dato / multorum amiſſorum danna ſaluantur.

Vide ne mittas munera ſuperuacua/ut femine arma/ruſtica libros & ſtudijs dedito retia.

¶ Secundi Libri de Beneficijs.

Beneficium datum aſpere ab homine duro, panis lapidoſus uocatur / quem eſurienti accipere neceſſarium ſit eſſe acerbum.

Dabo egenti ſed non ut ipſe egeam.

Ille non tulit gratis qui cum rogaſſet accepit, unde optimũ eſt preuenire deſiderium rogantis.

Qui dedit beneficium taceat, narret autem recipiens.

Sucurram perituro ſed non ut ipſe peream.

Tarde uelle nollentis eſt.

¶ Tertij libri de Beneficijs.

Ingratus eſt qui diſſimulat.

Ingratior eſt qui non reddit.

Ingratiſſimus eſt omnium qui oblitus eſt.

Non referre gratiam turpe eſt.

Non eſt bonum uiuere ſed bene uiuere.

Nulli uirtus eſt precluſa/oĩbus patet, omnes admittit, oẽs inuitat, ſeruos, reges, & exules, non elligit domum nec cenſum ſed nudo homine contenta eſt.

¶ Quarti libri de Beneficijs.

Qui beneficium dedit ut reciperet, non dedit.

Stultus omnia uicia habet.

¶De Remedijs Fortuitorum.

Aegroto/uenit tempus ut experimentum mei caperem nō in mari aut prelio uir fortis tantum habetur ſed in lectu lo etiam uirtus exhibetur.

Aegroto/iſtud toto ſeculo fieri non poteſt, aut enim febrem relinquo, aut ipſa me, ſemper una eſſe non poſſumus.

Amiſi liberos, ſtultus eſt qui flet caſus mortalium.

Amicum perdidi, iam ante te habuiſſe certum eſt.

Amicum perdidi, alium quere, quere inter liberales artes inter honeſta officia/in laboribus/ad menſam res iſta nō queritur.

Dolor imminet, ſi exiguus eſt feramus/leuis enī eſt patientia, ſi grauis eſt, feramus, non leuis eſt gloria.

Dura res eſt dolor, ymo tu mollis.

Exulabis, non patria mihi interdicitur ſed locus/in quancunq; terram uenero in meam uenio nulla terra exilium eſt, patria eſt ubi bonum eſt.

Iuuenis morieris. Quicunq; ad extremum fati ſui uenit ſenex moritur, non refert que ſit hominis etas ſed que meta.

In latrones incidi, alius in accuſatores alius in fures, alius in fraudatores/plena inſidijs uia eſt, noli conqueri ꝙ incideris, ſed ꝙ euaſeris gaude.

Morieris/iſta eſt hominis natura, & non pena.

Morieris, hac conditione intraui ut exirem.

Morieris/uita noſtra peregrinatio eſt, cum diu ambulaueris domum redeundum eſt.

Morieris, ſtultum eſt timere quod uitare non poſſis.

Male de te loquuntur homines, bene loqui neſciunt, faciūt enim non quod mereor ſed quod ſolent.

Male de te loquitur malus, moueret ſi hoc iudicio faceret & non morbo, non de me loquitur ſed de ſe.

Naturam infamare noli ipſa nos fortes genuit.

Naufragium feci, non quod perdideris, ſed quod euaſeris cogita.

Oculos perdidi, habet & nox ſuas uoluptates.

Pauci dolorem ferre poſſunt, imbecilles natura ſumus.

Pecuniam perdidi, fortaſſe te illa perdidiſſet / o te felicem

ſi cum

ſi cum illa auariciam perdidiſſes.
Sapiēs pegrinari pōt exulare uero minime, ſtult' aūt exulat.
Vxorem bonam perdidi/an inueneras bonam an feceras, ſi inueneras adhuc te habere poſſe ſcias ſi autem feceras ſpera, res perijt ſaluus eſt artifex.

LIBRI QVINQVE BOETII DE CONSOLA.

Primi libri de Conſolatione.

Agi iuſtitie frenis, ei{q} obtēperare ſūma eſt libertas. pſa.v.
Beate ſunt res publice que a ſtudioſis ſapientie reguntur, uel quarum rectores ſtudere ſapientie contigit. pro.iiij.
Homo eſt animal rationale atq{} mortale. pro.vj.
Latet obſcuris condita uirtus clara tenebris / iuſtuſq{} tulit crimen iniqui. me.v.
Malorum exercitus & ſi innumeroſus ſit, ſpernendus tamē eſt, quoniam non ratione, ſed temere regitur. pro.iij.
Mors hominum fœlix que ſe nec dulcibus annis inſerit & meſtis ſepe uocata uenit. me.j.
Oīa certo fine gubernas hoīum ſolos reſpuis actus. me.v.
Philoſophia eſt omnium uirtutum magiſtra. pro.iij.
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu. me.j.
Sic quod precipiti uia certum deſerit ordinem.
Letos non habet exitus. me.vj.
Tu quoq{} ſi uis.
Lumine claro cernere uerum.
Trammite recto carpere callem.
Gaudia pelle, pelle timorem.
Spem{q} ſignato nec dolor adſit.
Nubila mens eſt uincta{q} frenis.
Hec ubi regnant. me.vij.

Secundi libri de Conſolatione.

Anſia res eſt humo{rum} bonorum conditio. proſa.iiij.
Auaritia odioſos ſemper facit largitas uero claros. pro.v.
Beatitudo eſt ſummū bonum nature rōnē degētis. pro.iiij.
Beatitudo nō eſt in rebus fortuitis eo {qd} hec auferri poſſunt, beatitudo uero ſtabilis permanet. pro.iiij.
Ceteris aīalib' ſeſe ignorare a nā ieſt, hoī uero a uitio. p.v.
Continuus timor non ſinit eſſe fœlicem. pro.iiij.
Diuitie ſepe poſſidentibus nocuerunt. pro.v.

De fine amiſſas opes querere/quod ditiarum genus precio‑ſiſſimum eſt.ſ.amicos inueniſti. pro.viij.
Ego nego illud eſſe bonum quod nocet habenti. pro.v.
Ex uirtutibus dignitati honor accedit, & non ex dignitate uirtuti pro vj.
Fortuna non ſemper ſe bonis adiungit, nec quibus adiuncta fuerit bonos efficit. pro.vj.
Finiti & infiniti nulla unq̄ poterit eſſe cōicatio. pro.vij.
Hunc continuum ludum ludimus, rotā uolubili orbe uer‑ſamus/infima ſummis, ſumma infimis, mutare gaude‑mus, aſcende ſi placet. pro.ij.
Homines deo mente ſimiles ſunt. pro.v.
Heu grauem ſortem quotiens iniquus, additur ſeuo gladius ueneno. metro.vj.
In omni aduerſitate fortune, infeliciſſimum genus infortu‑nij eſt fuiſſe felicem. pro.iiij.
Immortalitatem propagare uidemur, quando futuri tem‑poris famam cogitamus. pro.vij.
Manifeſtū ē, fortuitā felicitatē corpis morte finiri. pro.iiij.
Mors ſpernit altam gloriam, inuoluit humile pariter excel‑ſum caput. me.vij.
Nihil eſt miſerum, niſi cum putes. pro.iiii.
Nūq̄ tua faciet eē fortuna, q̄ a te natura rep̄fecit aliena. p.v.
Neceſſe ē p multis indigere/qui p multa poſſident. pro.v.
Natura paucis minimiſq; contenta eſt. pro.v.
Natura deſpicit, ut contraria queque iungantur. pro.vj.
O q̄ preclara eſt operum beatitudo mortalium, quā quādo adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſtis. pro.v.
Omne terrenum negocium ſpernit anima que ſe celo fruēs terrenis gaudet eſſe exemptam. pro.vij.

¶ Tertij libri de conſolatione.

Amicorum genus, quod ſanctiſſimum eſt/nō in fortuna, ſed in uirtute numeratur. pro.ij.
Ad uerum bonum naturalis ducit intentio, & ab eodē mul‑tiplex error abducit. pro.iij.
Aliena claritudo ſi tuā nō hēs ſplēdidū te nō efficit. pro.vj.
Btitudo ē ſtatus oīum bonoꝝ aggregatiōe pfectus. pro.ij.
Bonum ex diuerſis ſtudijs appetitur. pro.ij.
Deum omnipotentem nemo eſſe dubitat. pro.xij.

Deus malum facere non poteſt. pro.xij.
Egemus illo quod deſideramus. pro.iij.
Eorum eſt eadē ſubſtātia, quorum effectus nō eſt diuerſus pro.xi.
Eſt enim mentibus hominum ueri boni naturaliter inſerta cupiditas/ſed ad falſa deuius error abducit. pro.ij.
Felix qui potuit boni fontem uiſere lucidum. metro.xij.
Felix qui potuit grauis terre ſoluere uincula. metro.xij.
Gl'ia mortaliū nihil aliud eſt q̄ auriū iſlatio magna. pro.vj.
Heu q̄ miſeros tramite deuio abducit ignorantia. me.viij.
Illa eſt uera & perfecta felicitas, que potentem/ſufficientem reuerendum, celebrem, letumq; perficit. pro.ix.
Nobilitas eſt laus q̄dā pueniēs ex meritis parentū. pro.vj.
Natura ptiū eſt ut unū corpus diuerſa cōponant. pro.x.
Omne animal tueri ſalutem laborat, mortem uero pniciē q; deuitat. pro.xj.
Omnia bonum appetunt. pro xj.
Philoſophia eſt ſummū laſſorum animorum ſolamē. pro.j.
Que peſtis efficacior ē ad nocēdū, familiari inimico. pro.v.
Triſtes eſſe uoluptatis exitus ſi quis libidinum ſuarum reminiſci uolet, intelliget. pro.vij.
Taceo q̄ nature minimū auaritie aūt nihil ſatis eſt. pro.iij.
Vxor ac liberi iocunditas gratia appetuntur. pro.ij.

¶ Quarti libri de conſolatione.

Apud ſapiētes nullus prſus odio loc' relinquēdus ē. p.iiij.
Beatitudo eſt premium humanorum actuum. pro.iij.
Duo ſunt quibus omnis effectus humanorum actuum conſtat uoluntas .ſ. & poteſtas, quorum ſi alterum deſit, nihil eſt quod explicari queat. Deficiente enim uoluntate nec aggreditur quiſq; quod non uult/ac ſi poteſtas abſit, uoluntas fit fruſtra. pro.ij.
Infelicior ac miſerior eſt iniurie illator, q̄ acceptor, & iniuria eſt inferentis miſeria. pro.iiij.
Id eſt quod ordinem retinet ſeruatq; naturam. pro.ij.
Mali infeliciores ſunt quum concupita perfecerint, q̄ ſi ea q̄ cupiunt explere non poſſint. pro.iiij.
Mali puniti meliores ſunt quam mali impuniti, quia pena malorum bona eſt ratione iuſtitie. pro iiij.
Nequitia florente ac imperāte, uirtus nō ſolum premiis caret uerum etiā ſceleratorum pedibus ſubiecta calcatur/

. & in locum facinorum luit ſuplicia. pro.j.
Nullũ malũ impunitũ,nullũ bonũ irremuneratũ. pro.j.
Non eſt fas homini cunctã diuini opis machinã uel ingenio comprehendere,uel ſermone explicare. pro.vj.
Probos mores ſua premia non relinquunt. pro.iij.
Premium bonorum eſt deos fieri. pro.iij.
Quid animorum ſalus eſſe uidetur,niſi probitas,quid uero egritudo niſi uitia. pro.vj.
Quicquid a bono deficit id eſſe deſiſtit,quo fit ut mali deſinant eſſe quod fuerant. proſa.iij.
Sicut ꝓbis ꝓbitas ẽ ꝑmiũ,ita malis neqtia ẽ ſuppliciũ. ꝑ.iij.
Sicut langor eſt morbus corporis,ita uitioſitas eſt morbus animę. pro.iiij.
Vis aptam meritis uicem referre dilige iure bonos & miſerere malis. me.iiij.

¶Quinti libri de Conſolatione.

Eternitas ẽ itermiabilis uitꝯ ſiſtotã & pfecta poſſeſſio. ꝑ.vj.
Extrema hominum ſeruitus eſt/quando uitijs dedite rationis proprie poſſeſſione ceciderint. pro.ij.
In hodierna uita non amplius uiuitur quam in mobili tranſitorioq́ momento. pro.vj.
Omne quod ineſt ſenſibus/ſi ad rationem referas uniuerſale eſt,ſi ad ſenſum particulare. pro.vj.
Omne quod cognoſcitur non ſm uim ſui,ſed potius ſm cognoſcentis facultatem comprehenditur. pro.iiij.
Omne futurum precurrit diuinus intuitus. pro.vj.
Quibus ineſt rõ his ẽt ineſt uolẽdi nolẽdiq́ libertas. pro.ij.
Sperare & orare ſolus modus eſt quo cum deo homines loqui uidentur. pro.iij.

¶Finis libri Boetij de conſolatione.

LIBRI DE DISCIPLINA SCOLASTICA.

¶Primi capituli de diſciplina Scolaſtica.

Diligentia cuiuſlibet operis,obtuſitas premolitur. cap.j.
Grãmatice fructuoſitas nullo mõ eſt ſilẽtio obliquãda,ꝑ eã eni cuiuſlibet ſcię cõmẽdabilis reddit̃ poſſeſſio. cap.j.
Sicut prudentia ſine iuſtitia parum uel nihil prodeſt,iuſtitia uero ſine prudentia multum,ſic ſcientia ſine uſu parum, uſus uero ſine ſcientia multum. cap.j.

Succita breuitas, licet uoce ſit tedioſa, ñ tñ ẽ iſtructuoſa. c.j.

¶ Secundi capituli de diſciplina Scolaſtica.

A luxurie feruore ſtudeat diſcipulus alienari. cap.ij.
Diſcipulus non ſit magiſtro uiolentus. cap.ij.
Miſeꝝ eſt eẽ magiſtrũ, q nunq̃ nouit ſe eẽ diſcipulũ. cap.ij.
Meretrix eſt nonaria, inferni ianua, uia iniqtatis, ſcorpionis percuſſio, uiſcarium ſceleris, puteus interitus. ca.ij.
Non eſt dignus ſcia, qui ſcie inſurgit preceptor. cap.ij.
Qui non nouit ſe ſubijci/ nunq̃ ſciet magiſtrari. cap.ij.
Scolaris non debet eſſe diſcolus. cap.ij.
Vinũ modice ſumptũ acuit ingeniũ, non modice uero rõnẽ cõturbat/ intellectũ ebetat/ memoriã eneruat, obliuionẽ immittit, errorẽ infundit & ignorãtiã inducit. cap.ij.

¶ Tertij capituli de diſciplina Scolaſtica.

Quid lucidius in dilectionis opuſculo conſtantia qd nequs incõſtãtia prima parit, ꝓcedit & colligit, ſecũdo uero ꝑte diſſoluit retrocedit & collecta diſpergit. cap.iij.
Sũma ſit diſcipuli magiſtratui ſubiectio exercitij attẽtio, cũ animi beniuolẽtia, & ingenij docilitate/ ſpecierũ luxurie euitatio, feliciſq; cõſtantie debita profeſſio. cap.iij.

¶ Quarti capituli de diſciplina Scolaſtica.

Non eſt dignus dulcoris acumine, qui amaritudinis neſcit inuiſcari grauamine. cap.iiij.
Prudentis ſcolaris conſtantia gaudeat ſemper conſorte ſpeciali cum propriam poſſit detegere ſcientiam. cap.iiij.
Seruus bilinguis procul expellatur, & ipſius nequitia ſtatim deponatur. cap.iiij.

¶ Quinti capituli de diſciplina Scolaſtica.

Alios docere eſt proprie facultati indulgere. cap.v.
Miſerimi ingenij ẽ uti ſemꝑ inuẽtis & nõ inueniẽdis. cap.v.
Non intereſt diſcentis probrioſis affatibus & contumelioſis regentem incitare. cap.v.
O quam felicis exitus eſt ueneranda comendatio. cap.v.
Proprio labore diſcipulus confixus, nunquam alieno inuidebit honori. cap.v.

¶ Sexti capituli de diſciplina Scolaſtica.

